



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>





Dill. 1093.

Physica. Systemata &
methodo. 144.

<36618500910013

<36618500910013

Bayer. Staatsbibliothek



*Ecce lac rubeus pectora ducit
3 Cor. 3.*

*Quid veniens fluxit, moriens
quid, lacte fluxbat.*

SS. PETRUS & PAULUS Apóstolorum Principes & Principales Patroni Ecclesie Canonicorum Regularium S. Augustini Congregationis Lateranensis in Rottenbuech.

PHILOSOPHIA
NATURALIS,
S I V E
PHYSICA,
CENTUM ASSERTIONIBUS
COMPREHENSA,

E T
PUBLICÆ DISPUTATIONI,
In Celeberrimo & Antiquissimo Col-
legio Can. Reg. S. August. Congreg. La-
teran. ad Beatiss. Virg. MARIAM
in Rottenbuech.

P R æ S I D E
R.P. MANSUETO KOCH,
Can. Reg. S. August. ejusdem Collegii Rot-
tenbuechen sis, Notario Apostolico, AA. LL.
& Philosophiae Doctore ac Professore.

T R O P O S I T A
A Reverendis ac Religiosis
F. PETRO ABERTSHAUSER,

F T
F. PAULO STEYRER,
Canonici Regularibus S. August. in eodem Colle-
gio Professis & Philosophiae Studio sis.

Anno 1697. Mense Januario
CVM FACULTATE SUPERIORVM.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,
Typis Mariæ Magdalenaæ Utzschneiderin, Viduz.

Bavaria 2
Stadtarchiv
München

Digitized by Google

**Gloriosissimis
Apostolica Cohortis
PRINCIPIBUS
PETRO**

*E Navi ad Cathedram
E Mari, in quod rete miserrat
Piscator Pisces capturus
Vocato*

Matth. 4.

*Ut deinceps extra Mare
Cœlestis Doctrina Magister
Homines caperet.*

**Et
PAULO**

*Prope Damascum
Ut erroris sui tenebras palparet,
Nube lacida involuto
Ut cœli desiderium conciperet
In terram alliso
Ut DEU M videre disceret
Ad catena excutato*

Aetor. 9.

*Ex Persecutione in Doctorem
Mutato.*

PETRO & PAULO

*Ad Iacobem duorum Populorum
Iudaorum & Gentium
A Mundi Salvatore
Assumptis.*

S. August.
l. 5.
de SS. Pet.
& Paulo.

Soli-

Solidissimis
Christianæ Fidei
COLUMNIS
Olim quidem

Matth. 26.
Vel ad levem ancilla curam
In domo Caipha
Nutantibus & Collapsis
Vel superna Benefici Numinis Virtute
Actor, 9,
In agro Damasci
Dejectis & Prostratis
Postea vero

In fortissimum Christiani Orbis fulcrum
Erectis, Stabilitis & Confirmatis
Ab ipso mei Orbis Redemptore
CHRISTO JESU

Luc. 22.
Orante pro Petro
Ut non deficiat Fides ejus
In qua & ipse fratres suos
Confirmaret
Et

Actor. 9. Designante Paulum in Vas. Electionis,
Ut Nomen suum
Coram Gentibus & Regibus & Filiis Israël
portaret.
Validissimis
Evangelica Veritatis
TUBIS

Vivificant S. Spiritus flamine,
Ut clangore suo omnes
Vel in judaismi tenebris
Vel in gentili superstitione
Sepultos & exanimatos
Excitarent & animarent,

Anno

Animarum

Et

Toto terrarum orbe

Resonantibus:

PETRO

Post Iudeos in fide eruditos

S. Leo. f. 1;

in fest.

Post Ecclesiam Antiochie fundatos

SS. Pet.

Et Dignitatem Christiani Nominis invectam

& Pauli,

Pontum, Galatiam, Cappadociam,

Asiam atque Bithyniam

Evangelica Prædicationis legibus

implenti:

PAULO

In tantum virtute progreſſo

S. Chrys.

Ut vix 30. annorum ſpatio

hom. 4;

Romanos, Perſas, Parthos, Medos, Indos,

de laud.

Scythes, Aethiopes, Sauromatas, Saracenos,

S. Pauli;

Et omne prorsus humārum genns

Sub jugum veritatis

mitteret.

Sapientissimis

In lege Nova

ARCHITECTIS

Per quos felicius Moyſe,

In lege Veteri

Exod. 34

Per Bezaleel & Ooliab.

Tabernaculū deftibile adifante,

DIVINA SAPIENTIA

Supra Petram,

Ne Simon fruſtra Cephas audiret,

Joan. 1;

Edeficavit Eccleſiam

S. Leo. f. 2.

Nulla paganorum perfidia

in anivers.

Nec hereticorum pravitate,

sue affupt.

Neo

Matth. 16.

Nec ipsi inferorum portis
destruibilem,

Et,

Ephes. 5.

Ut esset Sancta & Immaculata,
Ab ipsis suis Fundatoribus

Petro & Paulo

Admirabili virtutum splendore
Summa vita mortaliq; Sanctitate
Stupenda miraculorum gloria

Illustratam

Ornatam

Et confirmatam.

Potentissimis

Neroniane crudelitatis

VICTORIBUS

PETRO,

Quod Simonem magum,

Quem Nero in deliciis

DEUS verò exosuia habuit,

Temerariè Triumphantem mortis imitari,

Et caelos ascendere affectantem

Suis preciobus deturbasset,

In cruce

Exaltato

Inverso tamē corpore,

Ut discipulus Divino suo Magistro

Pro salute mundi

Crucifixo

Similis finali evaderet & dissimilis

Novusq; in nova cathedra Magister

Humilitatē non verbis sed exemplo

Efficacius doceret:

Et verò decuit, Caput orbis

Capi-

Capite terra ex podibus cœlo obuersus
Crucifigi,
Ut, qui dudum gemitans clavem obtinuit Matth. 16,
Terris astrigique dominaturus,
In terris stabile Imperium teneret
Simulq; ecclesiæ possessione Dominatus adiret
Et ubique perpetua regnaret.

PAULO

Quod Neronis pellicem ad nefandi incestus odium
Fideique Sacramenta adduxisset,
Præcisa servisse

Occubanti

Ut, qui ex Charitate optabat esse anathema Rom. 9:
Pro fratribus suis, pro filia,
Quam Christo insenectate genuit.
Victima Charitatis caderet.

Vnde Corpus non sanguinem sed lac,
Quod nimurum Charitas excoxit,

Præfundere docuit,

Ut Paulus, sicut vivens fluxit,
Itaq; mortales latte fluenter,

Fundentes potum,

Quoniam Gerimassis dederat,

Etiam Romant propinaret,

Roma mortuus:

Cujus dulcedinem primi gustabant,

Qui sanguinem fitiebant,

Carnifices

Ex paganis in Christianos conversi.

Gratiofissimis.

Collegit Rottenbuechenfis

PROTECTORIBUS

PETRO & PAULO

i. Cor. 3:

S. Chrys.
orat.
de SS. Pet.
& Paulo.

Out.

*Quibus Ecclesiam suam & seipsum
Post DEUM Deiparamque
Sacrum esse voluit:
Nostris vero
Ex speciali titulo,
Quem nobis obtulit
Religiosa Professionis Palingenesis
Sacerdos eorum Nominibus nos exornans,
Ut efficacius
Utrinque Patrocinio
Frueremur,
Clementissimis
PATRONIS
&
TUTELARIBUS
Hac de naturali corpore documenta,
Tantis quidem doctrine Cœlestis Doctribus
Minime digna,
Iisdem tamen multiplici arguento
debita;
Ex Gratijs Superioris nostri natu
Nec non privato grati animi affectu
Ob impensum patrocinium
Firmeaque de eodem continuando fiducia
Demississime
Dicant, dedicant consecrantque*

Cientes devotissimi

F. PETRUS ABERTSHAUSER,
&
F. PAUERUS STEYRER, Cano-
nici Reguli. S. Aug. in Rot-
tenbuech.



ASSERTIONES PHYSICÆ.

 **S**sertio I. Objectum attributionis in Physica est corpus naturale, ita ut corpus sit objectum materiale, & formale objectum, sive ratio formalis sub qua sit naturale, vel naturalitas. Per corpus intelligitur substantia corporeæ completa, sive substantia constans materiâ & formâ: naturale hîc significat ens habens naturam, sive capax mutationis sensibilis; natura enim definit esse principium motûs, & quietis, &c. P.1. pars: Objectum attributionis est ad quod omnia ordinantur & in cuius consideratione habitus tanquam in suo fine quiescit, sed Physica ordinat omnia ad corpus naturale & in ejus consideratione quiescit; ideo enim considerat principia, causas, proprietates aliâque accidentia corporis naturalis, ut ipsum corpus naturale melius perspectum habeat. Unde principia, causæ, proprietates, &c. sunt objecta merè attributa, quia tantum in ordine ad corpus naturale melius intelligendum considerantur: imò etiam Angeli, & ipse Deus solum objecti attributi rationem habent, quia Physica de Dño præcisè, prout est Causa 1. corporis naturalis, & de Angelis tantum, quatenus movent corpora cælestia, adeoque per accidens & in ordine ad corpus naturale tractat. P.2. pars: Objectum materiale est, quod ab habitu attingitur propter aliud nempe propter formale, sed in Physica corpus attingitur propter aliud, scilicet quia est naturale. P.3. pars: Objectum formale est, quod attingitur propter se & simul est ratio, qua movet & sub qua habitus suum objectum materiale attingit, à qua item distinctio unius habitus ab altero desumitur, sed has

G:

con-

conditiones in Physica habet naturalitas , quæ nimirum per se attingitur & simul est ratio motiva , sub qua attingitur corpus , facitque Physicam differre à Metaphysicâ , Medicinâ , & Mathematicâ , quæ etiam corpus sed sub alia ratione , nempe quatenus est ens intelligibile , vel sanabile , vel mensurabile , considerant , sola Physica illud ut naturale attingit . Dices : Melius pro objecto Physicæ assignaretur *Ens naturale* , vel *Corpus mobile* quam corpus naturale . Resp . hanc esse meram questionem nominis ; cum enim naturale & mobile re ipsa idem nempe principium motus significant , idem quoque objectum per corpus naturale , vel mobile re ipsa assignatur : videtur tamen ideo convenientius assignari corpus naturale , quia huius sit frequenter mentio in Physica quam corporis mobilis , ita omnes de corpore naturali & non de mobili querunt , quot habeat principia , &c. Quod autem rectius assignetur corpus naturale quam ens naturale , inde constat , quia sicut in definitione convenientius ponitur genus proximum quam genus remotum , ita rectius assignatur pro objecto attributionis illud , cui ratio formalis , quam habitus attendit , proximiùs & per se convenit : atqui ratio formalis in Physica nempe esse naturale proximiùs & per se corpori , enti autem vel omnino non , vel tantum remotè & propter corpus convenit .

Affert. 2. *Physica est scientia & pure speculativa* P. 1. pars : Ille habitus est scientia , qui effectum necessarium per causam necessariam demonstrat , sed hoc facit Physica . M. patet , quia sic habitus elicet actus verè scientificos . P. 2. pars : Physica demonstrat , omne corpus esse divisibile , quia est continuum : omne mixtum esse corruptibile , quia continet qualitates contrarias : hominem esse disciplinæ capacem , quia est rationalis : materiam non posse existere sine forma , quia est pura potentia , &c. Sed hoc est demonstrare effectum per causam . P. 2. pars : Scientia pure speculativa est , quæ in sola contemplatione sui objecti attributionis quiescit , & nullas de eo efficiendo regulas tradit , sed Physica est talis scientia . Objic. 1. Physica nicitur experientiâ sensuum , qui sunt fallaces , ergo eius actus

non

non poslunt esse scientifici. Resp. experientiam particula-rem upius sensus fallacem esse, non autem universalem omnium. Objic. 2. Physica multis habet conclusiones tan-tum probabiles, ergo non est simpliciter scientia, nam bonum ex integra causa, malum ex quolibet defectu, ergo ut habitus dicatur scientia, debent omnes eius actus esse scientifici. Resp. T. A. N. C. axioma adjunctum habet in totis physicis locum, Physica vero potius spectat ad tota moralia, in quibus illud procedit, *denominatio fit à posteriori.* Objic. 3. Physica multis habet cognitiones practicas, v. g. quod aqua per siphonem attracto aëte ascendat, ignis approximatus urat, &c. ergo non est purè speculativa. Resp. hos & simili-les actus solùm ex obiecto vel fine cognoscentis esse practicos, ex fine autem Physicæ esse speculativos: utrum porro scientia sit partim practica, inde desumi debet, an ex fine intrinseco praxin seu opus intendat, quod Physica non facit. Objic. 4. Medicina, quæ spectat ad Physicam, est practica, ergo etiam Physica est partim practica. Resp. Medicinam esse scientiam distinctam à Physica, quia hominem non ut corpus naturale sed ut sanabile adeoq; sub alia ratione con-siderat quam Physica.

Assert. 3. *Principia corporis naturalis definiuntur esse ea, quæ neque sunt ex se invicem, neque ex aliis sed ex his omnia.* In qua definitione particula ex semper eodem modo sumitur, & partes essentiales ac physice constitutivas significat, ut sensus definitionis sit, principia esse, quæ neque ex se invicem fiunt tanquam ex partibus, neque ex aliis tanquam ex partibus, sed ex quibus omnia corpora naturalia tanquam ex partibus fiunt. Objic. 1. Forma sit ex materia & privatione, materia ex partibus integrantibus & tam forma quam materia, quia definiri possunt, sit ex genere & differentia, quæ sunt partes essentiales, ergo principia fiunt ex se invicem & ex aliis. Resp. D. C. fiunt ex se, vel ex aliis tanquam ex partibus essentialibus physicis N. C. fiunt aliter C. C. nam forma sit ex materia tanquam ex subjepte sustentante, & ex privatione tanquam ex termino à quo, tam materia autem quam forma, eò quod definian-tur, solùm sit ex partibus metaphysicis. Objic. 2. Ex pri-vatio-

vatione non fit corpus naturale, ergo privatio non est principium. P. A. privatio est carentia formæ, corpus naturale fit ex materia & forma, & non ex carentia formæ. Resp. D. A. non fit corpus naturale in facto. C. A. corpus naturale in fieri N. A. & sub hac distinct. C. & N.C. corpus enim naturale in fieri, nempe quod nunc est, immediatè antè non fuit, & que parùm sine privatione ac sine materia vel forma affirmari potest. Objic. 3. Ex materia & anima hominis non sunt omnia scil. equus, leo, &c. ergo ex principiis non debent fieri omnia. Resp. D. C. ex principiis distributivè sumptis C. C. ex omnibus collectivè sumptis N. C. principia cuiusvis corporis in particulari definiri possunt, esse ea, quæ neque sunt ex aliis, neque ex se invicem, sed ex illis fit aliquod corpus naturale : principium verò in singulari, quod non est ex alio principio, sed ex ipso partialiter fit corpus naturale.

Assert. 4. Corporis naturalis in fieri per mutationem positivam sunt tria intrinseca principia, nempe materia forma & privatio : corporis naturalis in facto sunt tantum duo, scil. materia & forma. Corpus naturale in facto est ipsum secundum se, abstrahendo, an aliquando inceperit vel non fuerit ; in fieri dicitur illud, quod nunc est, immediatè antè non fuit : potest autem corpus naturale esse in fieri cum vel sine mutatione, sine mutatione est in fieri, quando ita totaliter simul fit, ut nulla eius pars antea præexistenterit, cum mutatione est in fieri, quando eius materia mutatur, nunc aliter se habendo quam antè, unde mutatio est transitus, per quem res se nunc aliter habet quam antè & alia est positiva nempe transitus rei à non esse ad esse, alia negativa scil. transitus ab esse ad non esse, quæ mutationes, cum re ipsa in omni mutatione substantiali & naturali convenient, eatus formaliter distinguuntur, quatenus eadem materia, quando v. g. transit à forma ligni ad formam ignis, potest consisteri ut transiens, vel à non esse ignis ad esse ignis, vel ab esse ligni ad non esse ligni ; nam in priori consideratione est mutatio positiva, in posteriori est negativa. P. nunc i. pars : Tot sunt principia intrinseca corporis naturalis in fieri per mutationem positivam, quot partes constitutivæ, sed eiusmodi partes sunt tres enumeratae, iis enim solis affirmatis habetur

eur totus conceptus corporis naturalis in fieri, & earum unicā ablatā non habetur. P. 2. pars: Ad corpus naturale in facto non sufficiunt pauciora, quia corpus naturale est compositum substantiale, compositio autem ad minimum includit duo: nec requiruntur plura, quia intellectis solis materiā & formā ut unitis jam intelligitur compositum substantiale naturale, ergo. Objic. 1. Præter materiam, & formam requiritur unio, & subsistentia item privatio formæ oppositæ, ergo sunt plura principia corporis naturalis in facto. Resp. 1. Unionem & subsistentiam esse solūm partes ut quo: deinde subsistentia non est pars compositi sed suppositi; hic autem indagamus cum Aristot. solūm principia sive partes ut quod & totius compositi. Resp. 2. Materiam & formam ut unitas & subsistentes esse principia, adeoque unionem & subsistentiam in materia & forma jam includi. Resp. 3. Privationem formæ oppositæ non requiri essentialiter ad corpus naturale in facto, quia si materia præter formam ignis, v. g. haberet simulacrum oppositam, adhuc daretur ignis absque privatione formæ oppositæ. Objic. 2. Idem corpus naturale in fieri est etiam in facto, ergo eadem sunt utriusque principia. Resp. D. A. idem specificativè sumptum, & secundūm rectum C. A. idem reduplicativè sumptum, & secundūm obliquum. N. A. & C. Objic. 3. Res dicitur esse in fieri quando nondum est sed brevi erit, adeoque corpus naturale est in fieri, quando materia est in via ad formam & ad eam disponitur, ergo non includit formam. Resp. D. A. dicitur esse in fieri mechanice & vulgariter. C. A. philosophicè N. A. & C. Dices. ut fiat corpus naturale, requiruntur etiam dispositiones. Conf. Privatio est carentia formæ in subiecto apto, sed subiectum aptum includit dispositiones, ergo ad corpus naturale in fieri requiruntur dispositiones sicut privatio. Resp. D. A. ut fiat mechanice. C. ut fiat philosophicè sive ut nunc actu sit & immediatè autè non fuerit, requiruntur dispositiones saltē ad eiut conceptum. N. Ad Conf. Resp. privationem, prout constituit corpus naturale in fieri, solūm dicere subiectum remotè aptum, quod non constituit per dispositiones. Objic. 4. Privatio est etiam principium

corporis naturalis in facto , ergo etiam hoc habet tria principia. P. A. quod factum est , antea non fuit , ergo corpus naturale in facto dicit , antea non fuisse. Resp. N. A. ad prob. C. A. N. C. quia *antea non fuisse* non spectat ad conceptum rei factæ , sicut alia plura cum re connectuntur , & non sunt de eius conceptu. Objic. 5. Cùm mutatione fieri dicte etiam duas durationes : doinde ad mutationem requiritur etiam terminus à quo , qui non est sola privatio , sed etiam forma positiva præcedens , ergo etiam durationes & ista forma sunt principia. Resp. durationes esse solum principia ut quo : ad mutationem verò positivam non requiritur terminus à quo positivus seu forma præcedens , sed solum negativus sive privatio formæ subsequentis. Objic. 6. Privatio jam includit pro parte subiectum capax , ergo subiectum seu materia non est speciale principium , sed jam in privatione includitur , sicut de unione & subsistentia paulò antè dictum est. Resp. N. C. nam subiectum duplicito titulo nempe ut inclusum in privatione & ratione sui est principium , ergo est speciale & à privatione distinctum. Objic. 7. Contradictoriè opposita non possunt esse principia eiusdem totius , sed forma & privatio opponuntur contradictoriè. Resp. D. M. totius permanentis , cuius partes simul pro eodem instanti dantur , C. M. totius successivi , quale est corpus naturale in fieri N. M. Objic. 8. Omnis pars debet dari , quando datur totum , sed quando datur corpus naturale in fieri , non datur privatio , sed perit. Resp. D. M. si est totum permanens , C. M. si est successivum , N. M. Objic. 9. Principia debent esse contraria , sed materia forma & privatio non habent contrarietatem , quia materia , & privatio , vel forma possunt simul stare. Resp. N. M. nam juxta Aristot. materia est subiectum contrarietatis h. e. privationis & formæ , ergo non omnia principia . sed solum forma & privatio habent contrarietatem. Objic. 10. Potest existere privatio ignis in ligno & forma ignis alibi dari , ergo nec privatio & forma habent contrarietatem. Resp. habere contrarietatem non simpliciter , sed quoad idem subiectum. Objic. 11. Privatio est nihil , ergo non potest esse principium totius. Resp. D. C. totius ad-

adæquatè positivi. C. C. totius partialiter negativi. quale est corpus naturale in fieri, N. C. Objic. 12. Mundus in prima creatione verè fuit in fieri, nulla tamen præcessit privatio, quia ante creationem mundi nullum dabatur subiectum aptum, ergo privatio non requiritur ad conceptum formalem rei in fieri. Resp. D. A. fuit in fieri per mutationem, N. A. sine mutatione C. A. & sub hac distinctione. C. & N. C.

Affert. 5. *Existentia materiae 1. potest efficacibus rationibus probari.* Materia est subiectum primum, ex quo fit aliquid, cum insit, non secundum accidens, & si corruptitur, in hoc abibit ultimum. Sensus est, quod materia sit subiectum primum, & commune formarum substantialium, ex quo tanquam principio intrinseco fit omne compositum substantialie, & in quod definit, si corruptitur: unde per materiam 1. intelligitur illa pars compositi substantialis, quæ indifferens est, ut in hoc vel alio toto existat: & ideo vocatur subiectum commune genito & corrupto, quia non tantum potest quamcunque formam substantialiem recipere, sed insuper à forma corrupta transit ad genitam, ita ut in corpore de novo genito maneat, sicut fuit in corrupto. Nunc eius existentia P. 1. dantur mutationes substantiales, ergo datur materia 1. A. est ab experientia evidens. P. C. quando lignum v. g. mutatur in ignem, nec lignum totaliter annihilatur nec ignis totaliter producitur & creatur, quia neutrum naturaliter fieri potest, ergo aliquid, quod erat in ligno, manet in igne: atqui hoc est illa pars indifferens & subiectum commune, transitus à forma ligni ad formam ignis. Jam sic: hoc subiectum vel generatur ex alio subiecto, vel non? si non, ergo est subiectum primum: si generatur ex alio subiecto, de hoc redit quæstio, an iterum generatur ex alio, ergo vel debet procedi in infinitum, quod repugnat, vel debet admitti subiectum primum, quod est materia prima. P. 2. *Generatio unius est corruptio alterius,* ergo quando generatur nova substantia, semper altera destruitur, ergo substantiae habent aliquam incompossibilitatem: atqui non sunt incompossibles quoad existentiam, quia possunt simul existere, ergo quoad idem subiectum, ergo

corporis naturalis in facto , ergo etiam hoc habet tria principia . P. A. quod factum est , antea non fuit , ergo corpus naturale in facto dicit , antea non fuisse . Resp. N. A. ad prob. C. A. N. C. quia *antea non fuisse* non spectat ad conceptum rei factæ , sicut alia plura cum re connectuntur , & non sunt de eius conceptu . Objic. 5. Cum mutatione fieri dicit etiam duas durationes : deinde ad mutationem requiritur etiam terminus à quo , qui non est sola privatio , sed etiam forma positiva præcedens , ergo etiam durationes & ista forma sunt principia . Resp. durationes esse solum principia ut quo : ad mutationem verò positivam non requiritur terminus à quo positivus seu forma præcedens , sed solum negativus sive privatio formæ subsequentis . Objic. 6. Privatio jam includit pro parte subiectum capax , ergo subiectum seu materia non est speciale principium , sed jam in privatione includitur , sicut de unione & subsistentia paulò antè dictum est . Resp. N. C. nam subiectum duplici titulo nempe ut inclusum in privatione & ratione sui est principium , ergo est speciale & à privatione distinctum . Objic. 7. Contradictoriè opposita non possunt esse principia eiusdem totius , sed forma & privatio opponuntur contradictoriè . Resp. D. M. totius permanentis , cuius partes simul pro eodem instanti dantur , C. M. totius successivi , quale est corpus naturale in fieri N. M. Objic. 8. Omnis pars debet dari , quando datur totum , sed quando datur corpus naturale in fieri , non datur privatio , sed perit . Resp. D. M. si est totum permanentis , C. M. si est successivum , N. M. Objic. 9. Principia debent esse contraria , sed materia forma & privatio non habent contrarietatem , quia materia , & privatio , vel forma possunt simul stare . Resp. N. M. nam juxta Aristot. materia est subiectum contrarietas h. e. privationis & formæ , ergo non omnia principia . sed solum forma & privatio habent contrarietatem . Objic. 10. Potest existere privatio ignis in ligno & forma ignis alibi dati , ergo nec privatio & forma habent contrarietatem . Resp. habere contrarietatem non simpliciter , sed quoad idem subiectum . Objic. 11. Privatio est nihil , ergo non potest esse principium totius . Resp. D. C. totius adæ-

adæquate positivi. C. C. totius partialiter negativi. quale est corpus naturale in fieri, N. C. Objic. 12. Mundus in prima creatione verè fuit in fieri, nulla tamen præcessit privatio, quia ante creationem mundi nullum dabatur subiectum aptum, ergo privatio non requiritur ad conceptionem formalem rei in fieri. Resp. D. A. fuit in fieri per mutationem, N. A. sine mutatione C. A. & sub hac distinctione. C. & N. C.

Affert. 5. *Existentia materia 1. potest efficacibus rationibus probari.* Materia est subiectum primum, ex quo fit aliquid, cum insit, non secundum accidens, & si corruptitur, in hoc abibit ultimum. Sensus est, quod materia sit subiectum primum, & commune formarum substantialium, ex quo tanquam principio intrinseco fit omne compositum substantialis, & in quod definit, si corruptitur: unde per materiam 1. intelligitur illa pars compositi substantialis, quæ indifferens est, ut in hoc vel alio toto existat: & ideo vocatur subiectum commune genito & corrupto, quia non tantum potest quamcunque formam substantialis recipere, sed insuper à forma corrupta transit ad genitam, ita ut in corpore de novo genito maneat, sicut fuit in corrupto. Nunc eius existentia P. 1. dantur mutationes substanciales, ergo datur materia 1. A. est ab existentia evidens. P. C. quando lignum v. g. mutatur in ignem, nec lignum totaliter annihiatur nec ignis totaliter producitur & creatur, quia neutrum naturaliter fieri potest, ergo aliquid, quod erat in ligno, manet in igne: atqui hoc est illa pars indifferens & subiectum commune, transiens à forma ligoi ad formam ignis. Jam sic: hoc subiectum vel generatur ex alio subiecto, vel non? si non, ergo est subiectum primum: si generatur ex alio subiecto, de hoc redit quæstio, an iterum generetur ex alio, ergo vel debet procedi in infinitum, quod repugnat, vel debet admitti subiectum primum, quod est materia prima. P. 2. *Generatio unius est corruptio alterius,* ergo quando generatur nova substancia, semper altera destruitur, ergo substancialiæ habent aliquam incompossibilitatem: atqui non sunt incompossibiles quoad existentiam, quia possunt simul existere, ergo quoad idem subiectum, ergo

datur aliquod subiectum commune , cui forma de novo ḡta nequit inexistere , nisi priùs destruatur antiqua. Nec que dicas , ideo unam formam destrui , ut altera locum habeat , quia non potest utraque in eodem loco existere. Nam contra est : si substantiaz solūm quoad locum opponerentur , sufficeret priorem loco cedere , absque eo , quād destruatur , sed hoc est contra experientiam. P. 3. Si non datur subiectum commune genito & corrupto , tunc in generatione ignis v. g. frusta in lignum introducuntur tot dispositiones ; si enim lignum totaliter destruitur , qualē finem habent & an ut destruatur lignum & locus igni detur & hunc verò finem natura minori labore obtineret , cessando à conservatione ligni : deinde dispositiones cūm non possint migrare ex subiecto in subiectum , destructo ligno etiam ipsæ destruerentur , ergo & destruerent lignum , directè tenderent in sui ipsius destructionem , quod nemo concedit , P. 4. In mutationibus accidentalibus & artificialibus semper datur subiectum commune genito & corrupto , ergo etiam in substantialibus. Objic. 1. Sensus non percipiunt materiam &c. ergo non datur , nam in naturalibus debemus sequi judicium sensuum. Resp. 1. T. A. N. C. quia etiam Deum , Angelos , animam , & plura alia sensu non percipimus , quorum tamen existentia ratione probatur , debet ergo judicium sensuum etiam quoad existentiam materiaz per rationem corrigi. Resp. 2. N. A. Sensus enim percipiunt , quādam accidentia manere in genito , quāz erant in corrupto , ergo etiam sensibus conforme est , remanere subiectum illorum accidentium. Resp. 3. N. C. & eius prob. quia quoad naturalia judicium sensuum tantūm eatenus attendi debet , quatenus nihil assertendum est contra experientiam sensuum , nisi urgeat efficaz ratio , qualis pro existentia materiaz multiplex urget. Objic. 2. Potest remanere aliud commune genito & corrupto , quod non est materia , ergo & ex eo , quād aliud remaneat , non probatur materia. P. A. id quod remanet , potest esse accidens commune. Resp. 1. si remanet accidens , debet etiam manere eius subiectum , quod est aliud substantiale. Resp. 2. ad hoc ut naturaliter una substantia fiat

fiat ex alia substantia, debet manere aliquid substantiale h. e. tale, quod constituit totum substantiale, alias substantia non fit ex substantia, sed ex nihilo substantiaz. Resp. 3. hanc non esse mutationem ordinariam, sed prorsus specialem, qualis datur in mysterio Eucharistiaz, & à Conciliis transsubstantiatio vocatur. Objic. 3. Si eadem materia manet in genito, quæ fuit in corrupto, sequitur, lignum, & ignem, quando hic ex illo generatur, inter se non distingui adæquate, quod est contra communem sensum. Resp. D. seq. si considerentur secundum omnes partes, C. si solùm secundum partem determinativam nempe secundum formiam, N.

Aslert. 6. *Materia 1. non existit per formam, sed habet propriam existentiam.* P. 1. Existentialia & essentia identificantur, ut suo loco probabitur, materia habet propriam essentiam, ergo & existentiam. Supposita tamen distinctio inter essentiam & existentiam. P. 2. Materia producitur per actionem distinctam ab actione productiva formæ (hæc enim generatur, illa creatur) ergo non existit per existentiam formæ, nam actio est positio rei extra suas causas, & tribuit existentiam, ergo quod habet propriam actionem, accipit propriam existentiam. 3. Materia tanquam causa materialis est prior naturâ, & ut existens presupponit ad formam, ergo non existit per formam, quæ primum datur pro posteriori. 4. Materia per seipsum, & abstrahendo à forma vel eius existentia, non est nihil sed aliquid, ergo per seipsum existit; quod enim est aliquid, existit, sicut quod non existit, nihil est. 5. Materia juxta Adversarios in genere causæ physicæ nempe materialis causaret suam existentiam, ergo seipsum; ideo enim causat formam, quia causat eius existentiam. 6. Item sequeretur, materiam posse generari & corrumpi, quia eius existentia, si per formam existit, generaretur & corrumperetur. Objic. 1. Materia est pura potentia, ergo ex se nullum habet actum, ergo nec existentiam. Resp. D. A. est pura potentia Physica C. A Logica, vel Metaphysica, N. A. & D. C. non habet actum Physicum, C. C. Logicum, vel Metaphysicum, N. C. Objic. 2. Deus & materia

in genere substantiæ extremè opponuntur , ergo sicut Deus est purus actus , ita materia est pura potentia. Resp. 1. N. A. non enim repugnat imperfectior materia quam nostra : deinde certum est , chimeram magis Deo opposi quam materiam. Resp. 2. N. C. aliàs possem pariter inferre , ergo sicut Deus nullam imperfectionem , ita materia nullam perfectionem habet. Objic. 3. Existere est propter operari , sed materia non haber operationem ergo nec existentiam. Resp. D. M. existere potentiaz activæ C. M. potentiaz passivæ , qualis est materia , N. M. Objic. 4. Ex duobus entibus in actu non potest fieri unum per se , sed si materia habet existentiam , tam ipsa quam forma substantialis est ens in actu , ergo ex materia & forma non possit fieri unum per se , sed solum per accidens sicut ex ligno & lapide. Resp. D. M. ex duobus entibus in actu physico & completo , C. M. in actu logico & incompleto , N. M. materia verò habens existentiam est solum ens in actu logico & manet incompleta , adeoque adhuc à natura ordinatur ad faciendum unum per se , non item lignum , & lapis. Objic. 5. Actus distinguit & dat speciem rei , sed materia non differt aut specificatur , cum sit eadem in omnibus , ergo. Conf. si materia esset actus , vel esset physicus & informans , vel per se subsistens ? Resp. D. M. actus physicus , C. M. actus logicus , qualis est materia , N. M. Ad Conf. Resp. esse actum logicum per se subsistentem incompletè. Dices , ergo materia est perfectior quavis formâ substantiali , quæ est actus inhærens subiecto. Resp. D. illat. si esset actus per se completem subsistens , C. secùs. N. Objic. 6. Juxta assert. quævis forma , materiaz superveniens , esset accidentis ; nam accidentis est , quod supervenit enti jam in suo esse constituto , sed forma superveniret materiaz per suam existentiam in suo esse constitutæ , ergo. Resp. N. seq. ad prob. D. M. quod supervenit enti constituto in suo esse completo , C. M. constituto tantum in suo esse incompleto , N. M. forma verò superveniret materiaz in suo esse incompleto constitutæ. Objic. 7. Quod est in certo genere actuabile , in eodem non includit actum , materia est in genere substantiaz actuabilis. Resp. D. m. in genere substantiaz

tiz completae , C. m. in genere substantiae incompletae , N. m. materia tantum in genere substantiae incompletae habet actum . Objic. 8. Existencia formae recipitur in materia , ergo denominat eam existentem , ergo non est necesse ut habeat propriam existentiam . Resp. D. C. denominat eam simpliciter existentem , N. C. existentem existentiæ completae , sive in certa specie completa , C. C. Objic. 9. Materia non ponitur extra suas causas nisi per existentiam totius , ergo per eam existit . P. A. antequam cum forma constituit compositum , non ponitur extra causam formalem , à qua tamen non minus quam à causa efficiente dependet . Resp. N. A. ad prob. N. suppositum , quod materia habeat causam formalem , sed solùm habet efficientem & finalem : unde non eodem modo dependet à forma , sicut à causa efficiente ; ab illa enim solùm naturaliter & à posteriori , ab ista verò à priori & indispensabiliter dependet .

Assert. 7. Materia est pura potentia passiva : Etens substancialiter incompletum : ideo appetit appetitu innato formas substanciales : etiam corruptas saltē conditionatē . Potentia & actus sunt 2. correlativa ; actus autem triplex distinguitur . 1. actus Logicus seu entitativus & est existentia , unde mera possibilitas est potentia logica . 2. actus metaphysicus , qui est differentia rei , cui tanquam potentia metaphysica correspondet genus . 3. actus physicus , cuius nomine intelligitur omnis forma physique informans , cui respondet potentia physica passiva , quæ est capacitas recipiendi aut sustentandi formam aliquam , & si quidem hæc potentia non est mera capacitas , sed insuper conjuncta cum positiva exigentia ad formam , potentia passiva positiva vocatur , & fere idem est ac appetitus innatus , qui etiam in rebus non cognoscitivis datur ; sicut enim appetitus elicitus , qui solis entibus cognoscitivis proprius est , dicitur tendentia vitalis in aliquid bonum per præviam cognitionem representatum , ita appetitus innatus est inclinatio & ordinatio alicuius potentiarum ad bonum naturaliter sibi debitum . P. nunc 1. pars : Materia non est forma informans neque totum compositum ex materia & forma , ergo est pura potentia

tia passiva ; nam omnis substantia materialis debet esse unum ex his. P. A. materia est transmutabilis in omnia, & propterea indifferens ad omnes formas, ergo ex se neque est forma, neque composita ex subiecto & forma. Conf. Materia juxta Aristot. non est quid, neque quantum, neque qualiter, neque aliud quibus ens determinatur, ergo ex se non habet actum sed est pura potentia. P. 2. pars : Ens substantialis incompletum est, quod exigit uniti cum alio substanciali, à quo perfectionem sibi convenientem, & connaturaliter debitam accipit, sed materia exigit uniti cum forma substantiali, ut cum ea constituat substantiam completam, in quo consistit bonum, perfectio & finis materiæ, ergo. P. 3. pars : Materiam appetitu innato appetere formas substanciales, est ordinari eam ad formas substanciales tanquam ad bonum sibi naturaliter debitum, sed ita ordinatur materia, quia sine his formis naturaliter non potest existere. P. 4. pars : Sicutiam formæ corruptæ, positâ aliquâ conditione, sunt bonum materiæ & ad eius finem conducunt, etiam illas saltem conditionatè appetit, sed sunt bonum materiæ positâ hac conditione, si essent reproducibile, aut naturaliter possibiles. ergo. Objic. 1. Materia ex se est in aliqua certa specie, ergo habet actum sive formam, quæ dat speciem enti. Resp. D. A. est in certa specie incompleta C. A. in specie completa N. A. & C. forma in hoc sensu dat speciem enti, quatenus omne ens completum & materiale, quod sit in hac determinata specie, non à materia sed à forma desumit. Objic. 2. contra 3. part. Si materia appetet formas substanciales, tunc vel ideo, quia iis caret, vel quia plures simul vult, vel quia unam, quam habet, fastidit & cupid novam ? nihil potest dici : nam 1. & 2. naturaliter est impossibile. 3. est ineptum cogitare de materia, quia fastidium est proprietas animalis, & ex satietate provenit. Resp. N. M. sed ideo appetit formas, quia ad eas ordinatur tanquam ad suum finem & complementum, sine quo naturaliter non potest existere. Objic. 3. Vel materia appetit formas substanciales appetitu gaudii, vel desiderii, vel amoris ? Resp. 1. has species propriè solùm habere locum in appetitu elicito ; si verò etiam appetitus innatus prop-

propter analogiam cum elicito ita divideretur. Resp. 2. appetitum materiæ posse per denominationem extrinsecam dici appetitum desiderii & gaudii , ita ut illo in absentes , isto in præsentem formam feratur : imò materia etiam appetitu amoris omnes indiscriminatim formas (naturaliter producibiles) abstrahendo ab earum præsentia vel absentia , appetit. Objic. 4. Appetere est exigere , sed materia secundūm se non potest exigere ullam formam , quia nulla ei debetur , nisi sit disposita , ergo nec potest appetere. Resp. D.m. non potest exigere proximè C.m. remotè N.m. & sub hac distinct. C. & N.C. Objic. 5. contra 4. part. Formæ corruptæ non sunt bonum naturaliter obtinibile , ergo eas materia non appetit. Resp. 1. D. A. formæ corruptæ quā tales sive pro circumstantiis corruptionis , C. A. formæ corruptæ quā tales sive pro circumstantiis reproductionis , N.A. Resp. 2. D. C. non appetit absolute & proximè C. C. remotè & conditionatè N.C.

Affert. 8. *Materia i. etiam formas accidentales : magis tam substantiales : ex substantiis aliis autem non magis nobiliorem : sed omnes æqualiter appetit.* P. 1. pars : quod appetit finem , etiam media ad eum necessaria appetit , sed materia appetit formam substantialem tanquam finem , ad quem formæ accidentales nempe dispositiones , & proprietates sunt necessaria media. P. 2. pars : Finis magis appetitur quam media ; formæ substancialis sunt finis materiæ , accidentales solum sunt media. P. 3. pars : Si materia appeteret nobiliorem formam præ ignobili , esset sub forma ignobili semper in statu violento , quamdiu non acquirit nobiliorem vel etiam animam tanquam nobilissimam formam , sicut aqua calida quamdiu non habet frigus , quia utrobiq; appetitui innato contravenitur : Item sequeretur , materiam potius destructionem quam conservationem formæ ignobilis appetere , quia destructio formæ ignobilis est necessaria ad habendam nobiliorem : atqui neutra seq. à quoquam admittitur , ergo . P. 4. pars : Ratio adæquata sive finis , cur materia appetat formas substanciales , est , ut cum iis faciat substantiam completam , ergo si iste finis per omnes formas & qualiter obtinetur , omnes æqualiter appetit : atque æqua

110 ASSERTIONES PHYSICÆ

æqualiter obtinetur ; nam materia cum forma nobilitate non est magis , nec cum ignobili minus substantia completa, quia hæc denominatio in indivisibili consistit. Objic. 1. contra 2. part. Formæ accidentales v. g. duratio vel ubicatio sunt materiæ magis necessariæ quam substantiales, sine his enim potest supernaturaliter existere , non verò sine illis, ergo illas magis appetit. Resp. D. A. sunt magis necessariæ in ordine ad finem materiæ, N. A. secùs , C. A. & N. C. deinde non sunt necessariæ specialiter materiæ sed universaliter omni rei creatæ, quatenus eas est. Objic. 2. Formæ accidentales scil. dispositiones priùs acquiruntur , ergo primariò appetuntur. Resp. N. C. quia plerumque media præcedunt finem, non tamen primariò appetuntur. Objic. 3. contra 3. part. Ideo materia appetit formas substantiales , quia sunt eius bonum & eam perficiunt, sed nobiliores sunt maius bonum & magis perficiunt. Resp. D. M. quia in ordine ad finem sunt bonum materiæ & eam perficiunt, C. M. quia tantum in se sunt maius bonum , & per accidens magis perficiunt. N. M. nobiliores autem formæ sunt tantum in se maius bonum , & materiam per accidens magis perficiunt , non in ordine ad finem. Objic. 4. Si materia non appeteret nobiliorem formam , tunc excessum , quo ignobilem superat, non appeteret , sed appetit hunc excessum , quia est identificatus cum ipsa forma. Resp. D. M. non appeteret excessum eodem appetitu , quo omnes formas appetit, N. M. non appeteret speciali & maiori appetitu , C. M. & sic distincta min. N. C. Objic. 5. Sicut anima beata felicitatem , ita materia formam substantialem appetit , sed anima maiorem felicitatem magis appetit. Resp. N. M. nam anima appetit felicitatem sub omni ratione , sub qua sibi bona est ; materia verò appetit formam substantialem solùm , quatenus sibi in ordine ad finem bona est. Objic. 6. contra 4. part. Omnes formas æqualiter appetere est eas indeterminatè & nullam præ alia appetere , sed materia non appetit indeterminatè formas , quia forma indeterminata est impossibilis. Resp. materiam appetere formas indeterminatè , non quæ in se indeterminatæ sunt , sed quatenus modus tendendi ex parte appeti-

potitus est indeterminatus, adeoque indeterminatio & eo et se ex parte appetitus, non ex parte formarum. Objic. 7. Respectus materiarum tendit determinatè in omnes formas, ergo etiam appetitus, quia identificantur. Resp. D. A. in omnes formas possibles, C. A. in omnes actu existentes, N. A. & sub hac distincte. C. & N. C. Objic. 8. Materia subiecta est disposita ad unam determinatè formam, ergo illam determinatè non verò omnes & qualiter appetit. Resp. D. C. appetit appetitu proximo & involvente dispositiones, C. C. appetitu remoto, de quo solo loquimur, N. C.

Assert. 9. *Potentia receptiva, & sustentativa formarum substantialium cum materia 1. identificatur.* Loquimur deuòde potentia remota; nam proxima potentia, quia includit dispositiones, per quas materia fit proximè apta recipere, vel sustentare formas, ab eadem inadæquate distinguitur. P. 1. Materia 1. per seipsum est subiectum; ita enim definitur, sed esse subiectum, & esse potentiam receptivam, aut sustentativam sunt idem, ergo. P. 2. Si materia recipere, & sustentaret formas substantiales per potentiam distinctam, tunc saltem hanc potentiam immediatè per seipsum recipere, ne procedamus in infinitum; cur ergo non possit immediatè recipere formas substantiales? Item hæc potentia intermedia, vel est substantialis, vel accidentalis? si substantialis, ergo si hæc potentia immediatè recipitur in materia 1., non est ratio, cur non etiam recipi possit forma substantialis; si verò hæc potentia non recipitur in materia, ipsa potius quam materia est subiectum 1. formarum substantialium: Si potentia ista est accidentalis, & sustentat formas substantiales, tunc ens imperfectius necepsit accidentis in substantias, & entia perfectiora exercet aliquam causalitatem Physicam, quod est inconveniens: deinde accidentis etiam ex hoc capite est subiectum improportionatum ad formas substantiales, quia potius de conceptu accidentis est, inesse substantiarum, quam substantiam inesse accidenti. P. 3. Nulla est necessitas distinguendi has potentias à materia, ergo non debent ista entia multiplicari. Objic. 1. Potentia ab Aristot. numeratur inter qualitates, ergo non identificantur cum materia. Resp. 1. D. A. potentia

ti proxima , C. remota , N. A. & C. Resp. 2. Aristot. Iov qui de iis potentiis , quæ entibus in suo esse completis superveniunt , aliâs etiam in Deo , cui potentia activa ad extra convenit , daretur qualitas accidentalis. Objic. 2. Prius est , rem esse quâm posse , ergo potentia non identificatur cum esse materiæ. Resp. N. C. nam hoc axioma non debet intelligi de prioritate reali , sed rationis , cum qua stare potest realis identitas. Objic. 3. Potentia est separabilis à materia , ergo distincta. P. A. post corruptionem formæ in materia non amplius datur potentia ad illam , antea dabatur , ergo est separabilis. Resp. N. A. ad prob. D. A. non amplius datur potentia absoluta & proxima , C. A. conditionata & remota , N. A. & C. Objic. 4. Materia non recipit formas nisi ut habens dispositiones , ergo iis mediantibus recipit. Resp. N. C. aliâs licet in ferre , ergo recipit mediante actione , causa efficiente , D 2 o , &c. requiruntur igitur dispositiones non ut sint subiectum formæ , sed ut subiectum ad formam disponant.

Affert. 10. *Materia 1. non potest naturaliter sine omni forma substantiali existere , potest supernaturaliter.* P. 1. pars : Nullares potest naturaliter existere sine fine , ad quem à natura unicè ordinetur , sed materia ordinatur à natura , ut cum forma substantiali faciat totum completum substantiale , ergo non potest sine hoc fine existere , ergo nec sine forma. P. 2. pars : *Materia non habet maiorem dependentiam à forma substantiali quâm accidens à substantia , sed accidens potest supernaturaliter existere sine substantia , ut patet in Eucharistia , ergo etiam materia sine forma.* P. M. Forma substantialis est finis tantum inadæquatus materiæ , substantia est finis adæquatus accidentis : atqui non datur maior dependentia à fine inadæquato quâm ab adæquato. Cont. Nulla apparet repugnancia in eo , quod materia sine omni forma substantiali existat. Objic. 1. contra 1. part. Gen. 1. dicitur : *terra autem erat inanis & vacua , ergo tunc materia caruit omni forma.* Resp. N. C. nam per terram non intelligitur materia 1. sed elementum terræ , quod initio suæ creationis varietate florum , arborum & animalium

lum caruit. Objic. 2. Anima rationalis potest existere sine materia, ergo etiam materia sine forma. Resp. N.C. nam anima non tam intenta est propter compositum substantiale (sicut materia) quam propter suas operationes; quas etiam ut separata, & melius potest elicere. Objic. 3. Materia est pura potentia Physica, ergo potest carere actus Physico. Resp. N. C. nam ideo est pura potentia Physica, quia nec in se est actus informans, nec pro parte talem includit. Objic. 4. contra 2. part. Nulla res potest existere sine suo fine, ergo nec materia sine forma. Resp. D. A. fine omni fine etiam supernaturali & à Deo inteadibili, G.A. fine fine naturali, N. A. & C. Objic. 5. Implicat dari ens accidentale sine forma accidentalis, ergo nec ens substantiale potest dari sine forma substantiali. Resp. C. A. N. C. quia quodvis ens accidentale ex sua essentia est forma, non autem quævis substantia est forma. Objic. 6. Materia existens sine forma esset ens in actu, quia existeret, & non esset in actu, quia carereret formam, sed hæc sunt contradictiones. Resp. esse in actu Logico, & non esse in actu Physico, quæ non sunt contradictiones. Objic. 7. Nihil potest existere, nisi sit in aliqua determinata specie, sed materia sine forma non esset in aliqua determinata specie, ergo. Resp. N. m. esset enim in aliqua determinata specie entis incompleti; quod autem quævis res semper debet esse in certa specie entis incompleti, non est necessarium. Objic. 8. Effectus formalis non potest existere sine causa formalis, v. g. album sine albedine, sed causa formalis est forma, & effectus formalis est materia, ergo.. Resp. N. m. nam effectus formalis non est sola materia sed totum compositum, quod nunquam potest existere sine forma. Objic. 9. Deus conservando materiam sine forma suppleret defectum causa formalis, sed hoc est impossibile. Resp. N. M, alias debet Deus loco formæ cum materia constituere totum compleatum, quia forma est causa formalis respectu totius, non solum materiæ. Objic. 10. Materia nec divinitus potest existere sine omni forma accidentalis, ergo nec sine omni substantiali; hæc enim habet se ut finis, illa ut medium: tis autem magis dependet à fine quam à medio. Resp.

H

N. C.

N. C. quia dantur accidentia, v. g. duratio, ubicatio, &c., quæ non sunt media ad formas substantiales, sed ex alia ratione omni enti indispensabiliter necessaria sunt; sine illis verò accidentibus, quæ sunt media, potest materia æque ac sine forma substantiali divinitus existere.

Assert. 1. Conservatio materiæ 1. si existeret sine forma substantiali, probabilius esset supernaturalis. P. Materia non habet jus ad sui conservationem sine forma, ergo conservatio est supra eius exigentiam, indebita & supernaturalis. P. A. materia non aliter habet jus ad sui conservationem, quam quatenus unà cum forma constituit unum totum substantiale, ad hunc enim finem unicè à natura intenditur, ergo sine forma non habet jus. *Objic. 1. Actio conservativa materiæ sine forma neque in se est supernaturalis, neque dependet ab aliquo supernaturali, ergo est purè naturalis.* Resp. N. A. quamvis enim hæc actio in se forsan, & quoad substantiam supernaturalis non sit, dependet tamen à decreto supernaturali, quo Deus vult materiam sine forma conservare. Dices. Idem est decretum, sive sequatur forma, sive non, quia est prius formâ, sed si forma sequeretur esset naturale, ergo etiam, si non sequitur. Resp. N. M. nam si forma sequitur, est juxta, si non sequitur, est supra exigentiam materiæ. *Objic. 2. Materia est prior natura ad formam adeoque intelligitur existens ante eam, ergo non dependet ab ea.* Resp. D. C. non dependet à priori, C. C. à posteriori, N. C. *Objic. 3. Ignis Babylonicus, impeditus à sua activitate, naturaliter conservabatur, ergo etiam materia sine formâ.* Resp. N. C. quia finis unicus agentium non est activitas, sive effectus, cùm subinde etiam naturaliter impediri possit; finis verò unicus materiæ est forma. *Objic. 4. Materia etiam sine forma servat suam essentiam, quæ non est esse subiectum actuale sed actuabile, ergo non perdit ius ad existendum.* Resp. N. C. licet enim servet essentiam, caret tamen suo fine. *Objic. 5. Äque repugnat, materiam habere 2. formas quam nullam, sed sub duplice forma conservaretur naturaliter, ergo etiam sub nulla.* Resp. N. parit. quia sub duplice forma haberet suum finem, non verò sub nulla. *Objic. 6. Positio-*

DE PRINCIP. CORP. NATUR.

tis omnibus mediis ad existendum materia naturaliter conservatur, sed inter hæc media non est forma, nam media dantur in actu i. forma est posterior naturâ, ergo materia naturaliter conservatur sine forma. Resp. formam non quidem esse medium in executione, & causans *quia est*, esse tamen medium in intentione, & causans *ut sit*: materia autem ab utrisque mediis dependet. Deinde licet ipsa forma non detur in actu i. datur tamen in eo decretum, volens conservare materiam unâ cum forma, unde materia, quia dependet à priori ab hoc decreto, quod habet connexionem cum forma, dicitur à posteriori à forma dependere. Objic. 7. Nulla res exigit sui destructionem, ergo materia sine forma adhuc exigit conservari, aliás exigeret destrui. Resp. N. C. nam materia sine forma neque exigit conservari, neque non conservari & destrui, sed passim se habet; unde conservatio nec est iuxta nec contra sed supra exigentiam materiæ.

Affert. 12. *Materia i. est ingenerabilis, & incorruptibilis: estque ejusdem speciei in omnibus corporibus sublunaribus.* P. 1. pars: Quod generatur educitur ex subiecto, & quod corruptitur, definit in subiectum, sed materia, quia est subiectum i., nec educit ex subiecto, nec in aliud definire potest. P. 2. pars: Materiæ specificantur à capacitate ad formas, sed datur eadem capacitas in omnibus materiis; cùm enim quodvis ferè corpus sublunare in aliud vel mediare, vel etiam immediate possit transmutari, quævis materia debet esse capax cuiusvis formæ. Objic. 1. contra 1. part. Si materia est incorruptibilis, etiam homo potest dici incorruptibilis, sicut propter materiam dicitur materialis. Resp. N. partit, quia esse incorruptibile est prædicatum positivum, esse materiale est prædicatum negativum, sed prædicata positiva unius partis non tribuuntur toti, sicut prædicata negativa. Obiic. 2. Si materia est incorruptibilis, est perfectior quavis forma materiali. Resp. esse perfectiore secundum quid, nempe secundum prædicatum incorruptibilitatis, non verò simpliciter & absolute. Obiic. 3. contra 2. part. Formæ differunt specie, ergo etiam materiæ, quæ specificantur à formis.

H 2

Resp.

Resp. N. C. nam materiæ non specificantur à formis, quas actu recipiunt, sed à tota collectione formarum, quas possunt recipere; eandem autem collectionem, quam una posset, etiam potest altera materia recipere. Obiic. 4. Materiæ sunt priusdem speciei, quia sunt earundem formarum capaces, ergo etiam formæ suæ eiusdem speciei, quia possunt in eadem materia recipi: atqni posterius falsum est, ergo & prius. Resp. N. C. nam formæ habent alia prædicata in quibus specie differunt, materiæ verò vix ullum prædicatum competit quām esse subiectum capax formarum. Obiic. 5. Si materia est capax omnium formarum, potest successivè recipere infinitas, ergo eius potentia est infinita. Resp. 1. formas huius universi solam esse finitas. Resp. 2. T. A. N. C. quia etiam intellectus, & voluntas possunt successivè producere infinitos specie actus, neque tamen habent potentiam infinitam.

Assert. 13. Existens forma substantialis efficaciter per rationes probari potest. Forma iuxta Aristor. est ratio quod quid erat esse rei, sive est illa pars compositi substantialis, per quam id in certa ac determinata specie completa constituitur: eius existens P. 1. substantiæ generantur, materia non est generabilis, ergo datur alia pars, quæ generatur, & est forma. 2. Corpora differunt genere & specie; in materia non differunt, ergo datur alia pars specificativa unius ab altero, & est forma. 3. In omni corpore datur 1. radix determinatorum accidentium, proprietatum, & operationum, sive, quod idem est, datur propensio & inclinatio ad hæc potius quām alia accidentia, quæ si corpus perdit, deinde reparare nititur: atqui hæc radix non potest esse materia, quæ est ad omnia indifferens, ergo est forma. Obiic. 1. Si determinatæ proprietates arguunt formam substantialiæ, tam diversæ proprietates arguunt diversam formam: atqui in eodem animali, v. g. homine dantur diversissimæ proprietates, ergo etiam plures formæ. Resp. D. M. arguunt diversam formam in eodem supposito, N. M. in diversis suppositis. C. M. homo autem est idem suppositum. Obiic. 2. Temperamentum primarum qualitatum determinat formam ad has potius quām alias operationes, unde

unde aliter affecti sunt sanguinei, aliter melancholici, &c. ergo forma non est 1. radix operationum, sed potius temperamentum: atqui hoc est principium merè accidentale. Resp. N. C. nam temperamentum non est radix operationum in ratione causæ efficientis, sed solum in ratione disponentis: deinde est tantum 2. radix, supponens priorem nempe formam. Dices. Ergo animæ hominum differentia specie, nam in variis hominibus sunt diversa temperamentata. Resp. N. illat. anima enim rationalis est radix temperamenti humani cum aliqua latitudine, ut aliqua diversitas possit inter temperamenta dari. Objic. 3. Determinatæ proprietates etiam dantur in speciebus Eucharisticis, quæ si v. g. ealescant, suum frigus reparare nituntur: atqui non datur ibi forma substantialis. Resp. Dcum ad regendum mitaculum supplere vires formæ substantialis, quod in naturalibus casibus dici non potest. Objic. 4. Omnis forma exigit esse in subiecto, ergo nulla datur substantialis. P. C. Omne ens in alio est accidens, sed omnis forma; si exigit esse in subiecto, est ens in alio, ergo est accidens. Resp. N. C. ad prob. D. M. omne ens in alio substantialiter completo, C. M. substantialiter incompleto, N. M. forma substantialis autem exigit esse in materia, quæ est substantialiter incompleta.

Assert. 3. 4. Forma substantialis non est tunc quidditas corporis naturalis. P. 1. Quidditas rei est essentia rei, & illsentia corporis naturalis est compositum substantialis, sed sola forma non est tale compositum, ergo nec tunc quidditas; & essentia corporis naturalis. 2. Si sola forma est quidditas corporis naturalis, posset homo absolute dici spiritualis, immortalis, &c. quia forma est talis. 3. Illud non est tota quidditas corporis naturalis, que posse non dum possumus corpus naturale, sed sola formæ possumus, nisi etiam ponatur materia & unio, non perhuc corpus naturale. Objic. 1. Materia juxta Aristot. non est quid, forma vero est ratio quidditatis, ergo materia non spectat ad quidditatem, sed sola forma. Resp. 1. materia non est quid completem, nec partem determinativam, esse tamen quid incompletum, & primum determinabilem. Resp. 2. formam ideo dici ratio-

rationem quidditatis, quia est pars determinativa totius ad certam speciem, cum quo stat præter eam aliud nomine materialm, & unionem ad rationem adæquatam quidditatis requiri. Objic. 2. Essentiaz rerum non possunt mutari, sed materia hominis v. g. mutatur, dum semper aliquid materiaz per calorem vitalem perditur, & per nutritionem acquiritur, ergo materia non est de essentia hominis. Resp. 1. hoc axioma potius de Metaph. quam de Physica essentia procedere. Resp. 2. de essentia hominis non esse qualemcumque materialm, sed partes primigenias, quæ probabilius nec porduntur, nec mutantur, dum homo vivit. Resp. 3. D. m. materia hominis mutatur physicè, C. m. moraliter, N. m. & C. Objic. 3. Si materia est de essentia hominis, non est idem homo senex, qui fuit puer, neque idem homo resurget. Resp. 1. esse eundem physicè hominem quoad animā, imò etiam quoad partes primigenias materiaz, licet hæ partes per novæ materiaz accessionem in homine sene plurimum sint auctæ: abstrahendo autem à partibus primigeniis. Resp. 2. senem & puerum esse quoad materialm eundem hominem moraliter, licet physicè alias sit: & eodem modo dico resurrectorum eundem hominem.

Assert. 15. In eadem parte materiaz non possunt naturaliter dari plures formæ substanciales: possunt supernaturaliter. P. 1. pars: Vel possent dari plures formæ eiusdem, vel diversæ speciei? non eiusdem speciei, v. g. plures formæ ligni; nam una forma sufficienter materialm complet, eam ad certainam speciem determinat, cum eadem compositum substancialē constituit, estque radix determinatarum proprietatum, & operationum, ergo cum istum finem natura intendat in forma substanciali, reliquæ formæ carerent suo fine adeoque non essent intendibiles. Non diversæ speciei v. g. forma ligni, & ignis; hæ enim exigunt qualitates diversas, quæ non possunt dari in eodem subiecto, ergo nec formæ possunt dari. Conf. Generatio unius est corruptio alterius, ergo non potest nova forma introduci, nisi antiqua expellatur. P. 2. pars: Nulla in hoc apparet, aut ostendi potest repugnantia, ergo non debet id omnipotentiaz divinæ negari.

Conf.

DE PRINCIPIIS CORP. NATUR. 119

Conf. Possunt in idem subiectum introduci dispositiones, & accidentia summe contraria, v. g. sumus calor & summum frigus, ergo etiam formæ substanciales, à quibus exiguntur ista accidentia: nam substancialiæ juxta Aristot. sunt tantum mediæ nempe mediantibus accidentibus contrariæ. Objic. 1. contra 1. part. Possunt plures formæ accidentales sive eiusdem, sive diversæ rationis naturaliter dari in eadem materia, ergo etiam plures substanciales. Resp. N. C. nam plures formæ accidentales, si sunt eiusdem rationis, v. g. plures gradus caloris faciunt subiectum magis intensum: si sunt diversæ speciei, requiruntur admixtionem, & generationem corporum, adeoque semper habent finem, non verò plures formæ substanciales, quæ nec possunt materiam facere magis completam, nec ad aliud serviunt, & si diversæ speciei sunt, ratione accidentium diversorum se ex eadem materia excludunt. Objic. 2. In ferro ignito datur simul forma ferri, & forma ignis, quia utriusque dantur proprietates & effectus. Resp. has formas non esse in eadem parte, sed formam ferri in sua materia dari, formam verò seu particulas ignis latere in poris, in quibus antea erat aër, &, si ferrum se reducit ad suum frigus, ob defectum nutrimenti, vel in aërem, vel in Scoria mutari. Objic. 3. contra 2. part. Materiæ finis unicus est constitutio compositum substancialiæ, sed ad hunc finem sufficit una forma, & reliquæ sunt essentialiter superfluæ. Resp. D. M. finis unicus naturalis, C. M. finis unicus etiam supernaturalis, quem Deus potest intendere, N. M. Objic. 4. Reliquæ formæ supervenient enti substancialiter completo, ergo essent accidentales. Resp. D. A. enti substancialiter completo, quod est tale, C. A. quâ tali, N. A. & C. accidens enim est, quod ita supervenit substancialiæ completæ, ut ad eam ordinetur, & eam ut completam supponat; reliquæ verò formæ substanciales non supponerent primam, tametsi materia per eam jam sit completa.

Assert. 16. Privatio est carentia formæ in subiecto apto, per quod intrinsecè constituitur, & à stricta negatione differt. Negatio in communi est ipsum non esse rei, & dividitur

in absolutam, & respectivam: aboluta est, quæ concipiatur abstrahendo à subiecto, cui insit, v. g. *negatio hominis, leonis, &c.* respectiva est, quæ concipitur in ordine ad subiectum, v. g. *negatio visus in homine, negatio formæ in materia.* Negatio respectiva alia est stricta negatio, alia privatio: illa dicit ordinem ad subiectum incapax, ut *negatio visus in lapide*: ista ad subiectum capax, ut *negatio lucis in aere.* P. nunc **A**ssert. 1. Privatio à stricta negatione non differt per intrinsecum respectum ad subiectum aptum, quia talis respectus, cum fundetur in praedicato absoluto, non potest identificari cum puro nihilo: nec differt per hoc, quod privatio sit carentia formæ aptæ informare subiectum, aliæ lapis posset dici privatus visu, quia habet privationem visus, scil. carentiam formæ aptæ informare subiectum: aliud discrimen non videtur assignabile præter illud, quod assertio assignat. P. 2. Solo non affirmato subiecto apto non potest affirmari privatio quæ talis, sive prout differt à stricta negatione; si verò concipiatur carentia in subiecto apto, jam concipiatur privatio quæ talis, ergo subiectum aptum est pars. **O**bjic. 1. **E**ductio & creatio differunt per intrinsecum respectum, quod illa subiectum sustentationis, non verò ista respiciat, ergo etiam privatio, & negatio possunt per tales respectum differre. **R**esp. N. C. nam **e**ductio est **e**ius positivum, ergo potest cum ea identificari talis respectus, non verò cum privatione. Deinde **e**ductionis essentia non potest absque tali respectu explicari, potest tamen essentia privationis. **O**bjic. 2. Negationes differunt in formis, quas negant, ergo etiam privatio & stricta negatio per hoc differunt, quod illa sit carentia formæ aptæ, ista verò carentia formæ inceptæ informare subiectum, quia hæc formæ differunt. **R**esp. T. A. N. C. potest enim & debet differentia privationis à negatione aliunde peti, ut ex dictis patet. **O**bjic. 3. **C**arcer non est pars captivi, neque domus pars incolæ, ergo nec subiectum aptum est pars privationis. **R**esp. N. C. quia captivus dicitur, qui violenter detinetur in aliquo loco, licet carcere non sit, & incola est, qui habet ius aut consuetudinem commorandi in domo, sed prior potest sine carcere, posterior sine

sine domo affirmari, non tamen privatio sine subiecto apto. Objic. 4. Omnis forma Physica adæquate distinguitur à suo subiecto, sed privatio est forma Physica, ergo distinguitur à subiecto, quod denominat privatum, ergo subiectum non est pars privationis. Resp. D. M. si est realis, & positiva forma, C. M. secùs, N. M. privatio autem est forma solùm negativa. Objic. 5. Omne genus identificatur cum suis differentiis, sicut animal cum rationali, & irrationali, ergo etiam negatio in communi identificatur cum privatione, & negatione stricta: atqui non identificatur si subiectum est pars privationis. Resp. D. A. cum differentiis essentialibus, C. A. cum accidentalibus, N. A. & C. privatio & negatio stricta sunt solùm differentiae accidentales respectu negationis ut sic, sicut animal album & nigrum respectu animalis in communi. Objic. 6. Forma opposita privationi non involvit subiectum aptum, ergo nec privatio. Resp. N. C. quia essentia formæ potest explicari sine subiecto apto, non verò essentia privationis. Objic. 7. Potest dari privatio, quin detur subiectum aptum, nam Petrus v. g. habet hodie privationem crastinæ durationis, nec tamen hodie est subiectum capax, cum duratio etastina hodie sit impossibilis, ergo subiectum aptum non est pars privationis. Resp. N. A. & eius prob. ut enim Petrus hodie sit subiectum capax crastinæ durationis, sufficit, cum secundum se aptum esse ad istam durationem habendum, tametsi ipsa duratio hodie non possit dari. Objic. 8. Privatio vel includit subiectum aptum secundum gradum specificum, vel sufficit, ut subiectum sit aptum secundum gradum genericum? non 1. quia talpa habet privationem visus, & tamen solùm secundum gradum genericum *animalis* est capax: non 2. alias Deus haberet privationem erroris, planta privationem gratiæ, cuius planta secundum gradum genericum vivens, sicut Deus secundum gradum genericus est capax est erroris. Resp. requiri, ut subiectum sit aptum secundum gradum specificum: ad eoque talpa non habet privationem visus, nec planta gratiæ, nec Deus erroris, sed strictam negationem.

Assert. 17. *Privatio*, prout est *principium corporis naturalis in fieri*. *solum pro i. instanti principiat*. *P. 1.* *Solum pro i. instanti vera est hæc propositio*, *privatio principiat*, ergo tunc *solum principiat*. *P. A.* *Hæc propositio habet prædicatum contingens adeoque affirmat existentiam subiecti*, & *habet hunc sensum*: *privatio existit & principiat*, ergo tunc est vera, quando existit privatio: atqui existit solum pro i. instanti. *P. 2.* *Tunc privatio principiat*, quando se suis *compartibus communicat*, sed pro i. instanti, quo existit, se *communicat*, *materiæ quidem*, quod cum ea quasi uniat, *formæ verò*, quod eam *præcedat*, ergo. *Objic. 1.* *Quando pars principiat*, *debet dari totum principiatum*, *sed corpus naturale in fieri non datur solum pro i.* *sed pro utroque instanti*, ergo *privatio pro utroque principiat*. *Resp. D. M.* *si totum principiatum est permanens*, *C. M.* *si est successivum*, quale est *corpus naturale in fieri*, *N. M.* *quia sufficit*, ut *hoc existat secundum aliquam sui partem*. *Objic. 2.* *Principium & principiatum sunt correlative*, ergo quando datur principium, debet dari principiatum. *Resp. D. C.* debet dari secundum aliquam sui partem, *C. C.* secundum omnes, *N. C.* *Objic. 3.* *Privatio pro i. instanti est indifferens*, ut sit principium, vel non, ergo tunc non est principium nec principiat. *P. A.* *si pro 2. instanti non sequeretur forma*, nec daretur *corpus naturale in fieri*, nec *privatio pro i. instanti esset principium*. *Resp. D. A.* *privatio*, si sola secundum se spectatur, *C. A.* si spectatur ut *præcedens formam mox subsecuturam*, *N. A. & C.* *Objic. 4.* *Tunc privatio non est principium*, quando non datur eius principiatio, sed pro i. instanti non datur. *P. m.* *eius principiatio est*, quod *præcedat formam*, sed hæc *præcedentia non datur pro solo i. instanti*. *Resp.* *sicut ad hoc*, ut *propositio de futuro contingenti sit hodie vera*, sufficit, dari hodie veritatem secundum aliquam sui partem, ita *privatio rectè dicitur principiare pro i. instanti*, licet tunc eius principiatio non secundum omnem, sed saltē secundum aliquam sui partem detur.

Assert. 18. *Natura est principium*, & *causa motus*, & *quiescens*

is in eo, in quo est, primò per se & non secundùm accidens. Dicitur 1. *principium & causa*, quæ verba idem significant, & requirunt, ut natura sit principium & causa, vel activa, vel saltem passiva, & receptiva, non qualiscunque, & pure negativa, sed positiva, habens nimurum positivam inclinationem, & exigentiam ad talem motum: unde forma cœlorum est natura respectu motus circularis, non verò aqua respectu caloris, quia prior est saltem principium passivum, & positivum huius motus, posterior est principium passivum merè negativum caloris. Dicitur 2. *motus*, & *quietis*, per motum intelligitur mutatio seu actio sensibilis, per quietem conservatio termini seu formæ per mutationem acquisitæ: particula & sumitur collectivè, sed cum hac conditione, si motus & quiescantur in eodem toto, vel si motus ordinatur ad quietem; quando enim in toto datur solus motus, qui non ordinatur ad quietem, uti datur in cœlis, sufficit ad naturam esse principium solius motus. Dicitur 3. *in eo, in quo est*, quæ voculæ denotant, naturam debere esse causam, ut moveatur id, cui illa inest tanquam pars actualis & ut quod: unde ignis non est natura respectu caloris in aqua producti, nec Angelus aut substantia completa, nec anima in statu separationis, nec unio, & substantia, quia vel non sunt pars ut quod, vel non sunt pars actualis, vel non sunt pars illius, quod inovet, vel nullo modo possunt esse pars. Dicitur 4. *primò per se*, & *non secundùm accidens*, quæ particulæ volunt, ut natura sit pars totius substantialis; hoc enim dicitur primò & per se esse, accidens verò supervenit enti iam completo, & per se existenti: hinc formæ accidentales, v. g. gravitas, levitas, licet sint causa motus deorum & sursum, vel habitus, licet concurrent ad actus, non sunt natura. Econtra inferunt 1. definitiorem convenire formæ substantiali & materialiæ, prout sunt in composito substantiali, nam forma, quæ est 1. radix determinatarum proprietatum & operationum, est hoc ipso principium motus, & quietis in toto substantiali, quod movetur, & cuius ipsa est pars: materia verò est causa saltem passiva exigens motum intrinsecum composito substantiali, cui ipsa tanquam pars inest. In-

fer-

feretur 2. nec materiam aut formam substantialiem esse naturam respectu cuiuscunque motus, sed solum illius, cuius sunt principium activum vel passivum, & qui datur in eo toto, cui materia & forma tanquam partes insunt: unde materia non est natura respectu actionis, qua vel ipsa, vel forma substantialis, vel unio eiusdem producitur, nec forma est natura respectu suarum productionis, aut actionis productivæ unionis. Infertur 3. motum naturalem prout à natura hic definitè provenit, esse mutationem sensibilem, quæ saltem exigitive procedit à principio constitutivo totius substantialis, quod moveri dicitur. Objic. 1. Idem non potest esse causa oppositorum, ergo natura non potest esse causa motus, & quietis. Resp. 1. N. A. nam causa libera potest velle & nolle, amare & odiare, &c. Resp. 2. D. A. nisi unum ex oppositis tanquam medium ordinetur ad alterum, T. A. si ita ordinatur, N. A. & C. motus autem ordinatur ad quietem. Objic. 2. Anima rationalis est natura non tantum respectu suarum intellectuonum & volitionum, sed etiam sensationum, sed hæc operationes non sunt sensibiles. Resp. intellectus & voluntas esse sensibiles saltem mediately, mediante v. g. loquela, vel alio signo exteriori: sensationes vero sunt insuper sensibiles formaliter, licet obiectivè non sentiantur, visio v. g. non quidem potest esse obiectum alterius visionis, & sic obiectivè sentiri, est tamen forma, quæ denotat potentiam visivam sentientem, & catenus formaliter sensibilis est. Objic. 3. Materia est indifferens ad omnes motus, ergo non exigit hos potius quam alijs, ergo non est natura. Resp. D. A. materia secundum se; C. A. prout unita cum hac vel illa forma, & aliquod determinatum compositum substantialie constituit, N. A. & C. nam materia in composite accommodat suum appetitum formas & composite. Objic. 4. Juxta Aristot. natura quidem sunt animalia, ergo male exclusitur substantialia completa. Resp. naturam esse in hoc textu ablative causam, ut sensus sit, à natura sunt animalia. Objic. 5. Motus & operationes Angelorum, item productio caloris in aqua aliquæque actiones ad extra sunt respectu sui principiæ verè naturales, ergo proveniunt à natura. Resp. non celo natu-

naturales, prout naturale & natura h̄ic accipitur ; esse tamen naturales in alio sensu, prout naturale violento, aut supernaturali opponitur.

Affert. 19. Motus violentus est, qui provenit ab extrinseco, nullam vim conferente passo. Ad hunc motum requiritur 1. ut proveniat ab agente extrinseco ipsi subiecto, quod patitur violentiam. 2. Ut subiectum seu passum nec exigat, nec inclinationem habeat ad talcm motum. 3. Ut non tantum nullam inclinationem habeat, sed positivè resistat motui, qui ut violentus sit, debet esse contra inclinationem & exigentiam passi. Unde Collig. 1. calefactionem aquæ & motum sursum lapidi esse violentos motus, quia proveniunt ab extrinseco, & non sunt iuxta, sed contra exigentiam aquæ vel lapidis. 2. Motum naturalem, prout violento opponitur, dici illum, qui est juxta inclinationem, & exigentiam passi, ut productio frigoris in aqua, motus deorsum in lapide. 3. Motum, qui inter violentum, & naturalem medius est ac neuter dicitur, esse, qui nec est contra, nec iuxta inclinationem passi, sive cui passum nec resistit, nec cum positivè exigit : tales motus sunt illuminatio respectu aëris, productio formæ artificialis respectu ligni, aut alterius materiæ, dona supernaturalia respectu hominis, &c. Objic. 1. Potest aliquis sibi iphi inferre violentiam, occidendo, vulnerando, &c. ergo violentum non debet provenire ab extrinseco. Resp. talem non pati violentiam simpliciter, sed ad summum secundum quid ; licet enim agat contra exigentiam innatam, aut appetitum sensitivum, facit tamen iuxta appetitum rationalem, & voluntatem, quæ est potentia nobilior : an autem motus simpliciter naturalis, vel violentus sit, debet inde desumi, an sic iuxta vel contra appetitum nobiliorem ; nam, si est tantum iuxta, vel contra appetitum ignobiliorum, est præcisè secundum quid naturalis vel violentus. Objic. 2. Motus, quo aqua ad impediendum vacuum ascendit, est ipsi violentus, & tamen provenit ab aqua. Resp. hunc motum, vel provenire ab eo, qui attrahit aërem, vel, si ab aqua provenit, non esse illi simpliciter violentum, quia est iuxta nobiliorem aquæ inclinationem, qua semper vult esse cum ali-

quo

quo corpore coniuncta. Objic. 3. Passum recipit motum violentum, ergo ad eum concurrit, & vim confert. Resp. D. C. concurrit in genere causæ passivæ, & tantum negativæ, C. C. in genere causæ passivæ positivæ, & exigentia talis motum, N. C. Objic. 4. Omnis motus, vel est perfectivus sui subiecti, vel deteriorativus, & destructivus illius, prior est iuxta inclinationem & naturalis, posterior est contra inclinationem & violentus, ergo non datur motus neuter. Resp. vel per motum perfectivum intelligitur ille, quo producitur proprietas, vel forma specialiter conducens ad conservationem passi, ut motus deteriorativus sit, quo spoliatur passum aliqua proprietate, & ad interium disponitur? vel motus perfectivus est, quo producitur in subiecto perfectio aliqua melior, quam sit eius oppositum? si 1., falsa est M., nam lux aërem nec privata proprietate debita, nec ad eius conservationem specialiter conductit. Si 2., falsa est m., alias dona supernaturalia essent iuxta inclinationem hominis.

Affert. 20. Non tantum una creatura alteri, sed etiam DEVS creatoris potest inferre violentiam. De 1. parte nemo dubitat, nam aqua potest ab igne calcificari, lapis à projiciente morteri sursum, sed calefactio aquæ, motus sursum lapidi violentus est: eodem modo possunt alias creaturæ ab aliis violentiam pati. P. 2. pars: Calor est aquæ contrarius etiamsi à Dño producatur, est enim ex natura sua, & secundum se contra exigentiam aquæ, sed si est contrarius, tunc per eius productionem aquæ infertur violentia, ergo etiam à Dño potest inferri violentia. Objic. 1. contra 1. part. Aqua in praesentia ignis non habet ius ad frigus, ergo per calefactionem non fit ipsi violentia. P. A. ignis habet ius fortius ad calorem producendum, ergo aqua non habet ius ad frigus, alias darentur 2. iura contraria, quibus natura citra violationem alterutrius non posset satisfacere. Resp. 1. habere ius saltem conditionatum & remotum, quod hic & nunc tantum per accidens est inefficax. Resp. 2. N. C. ad hoc enim sufficit, passo eripi bonum, ad quod habet ius in absentia agentis fortioris. Objic. 2. Qui utitur iure suo, non facit alteri iniuriam, sed ignis utitur iure suo, cale-

calefaciendo aquam, ergo non facit ei iniuriam seu violentiam. Resp. D. M. non facit iniuriam moralem, exercendo iniustitiam, C. M. iniuriam Physicam & violentiam, N. M. Objic. 3. Aqua habet inclinationem ad bonum universi, tanquam eius pars, sed est universo bonum, eam in praesentia ignis calefieri, ergo non fit ei violentia. Resp. D. M. si bonum universi non est contrarium bono particulari & privato, C. M. si est contrarium, N. M. & sic distincta min. N. C. Objic. 4. An motus sit naturalis, vel violentus, debet ab inclinatione nobiliore desumi, sed in aqua inclinatio, quam habet ad bonum universi est nobilior, quam altera, quae datur ad frigus, sicut bonum commune est nobilis privato, ergo ad illam potius attendi debet: atqui calefactio non est contra illam inclinationem aquae. Resp. D. M. si utraque inclinatio tendit in bonum particulare, & privatum passi, C. M. secus, N. M. inclinatio verò ad bonum commune non tendit ad bonum privatum aquae, ergo non debet attendi. Objic. 5. Privatio frigoris compensatur per aliud bonum commune universi, vel privatum ignis, qui suum appetitum explet, ergo aquae non est violenta. Resp. N. C. nam compensatio debet fieri passo, cui aliquid contra inclinationem eripitur, & per aliquid tale, quod cedit in bonum particulare passi. Dices. Fit compensatio toti universo, ergo omnibus eius partibus, ergo etiam aquae. Resp. D. C. omnibus partibus collectivè sumptis, C. C. distributivè sumptis, N. C. Objic. 6. Appetitus elicitus rationalis saepe tendit pro bono communitatis in aliquid sibi contrarium, v. g. si homo privatus fortunas, & vitam pro bono patriæ exponit, ergo etiam appetitus innatus entis particularis potest pro bono universi in contrarium tendere. Resp. N. C. quia tali homini fit compensatio per præmium alterius vitae, quod sperat, quae spes si non daretur, nemo prudenter mortem pro bono communi eligeret; enti autem particulari nulla fit talis compensatio. Objic. 7. contra 2. part. Creatura habet inclinationem ad omne, quod Deus vult, ergo non quam patitur à Deo violentiam. Resp. D. A. habet inclinationem saltem obedientiale, C. A. semper naturalem,

N. A.

148 ASSE^RTIONES PHYSICÆ

N. A. & C. prior consistit in perfecta subiectione, & capacitate ad id, quod Deus vult, & disponit: posterior est specialis convenientia, quam res à natura ad aliquod bonum tanquam ad suum finem particularem habet. Objic. 8. Quando Deus vult producere calorem in aqua, appetitus aquæ ad frigus non potest obtinere suum finem, & tendit in aliquid impossibile, ergo est superfluous & inutilis. Resp. N. C. sufficit enim, quod suum finem possit obtinere, & tendat in aliquid possibile in aliis circumstantiis, in quibus ominus Deus non vult producere calorem, cum etiam aliae potentiae à suo actu subinde impedianter. Objic. 9. Deus non potest habere voluntates contrarias, sed haberet, si aqua tuæ appeteret frigus, quando Deus vult producere calorem; velles enim Deus calorem, & quia omne id vult per appetitum elicatum, quod creaturæ per appetitum innatum, simul frigus. Resp. N. m. per hoc enim quod Deus aqua dederit appetitum innatum ad frigus, vult tantum, ut aqua exigat frigus, & dum producit calorem, vult, ut non habeat frigus, quæ non sunt voluntates contrarie. Objic. 10. Res, quæ patitur violentiam, debet resistere, sed creatura Deo, cui perfectissimè subiecta est, non resistit. Resp. D. m. non resistit cum victoria, efficaciter aliquid contra Dei voluntatem appetendo, C. m. non resistit inefficaciter, quatenus habet appetitum innatum ad aliquod bonum, quo à Deo privatur. N. m. & C.

Affir. 21. Figura artificialis consistit partim in aliquo positiva, & partim in negativo, scil. in certis partium ubicationibus, & negatione partium redundantium. P. Positis certis ubicationibus, nempe certa partium à se invicem distantia, vel in distantia, & simul posita negatione partium redundantium habetur tota ratio figuræ, & alterutro non posito non habetur, ergo figura in utroque consistit. Dices. Ex hac doctrina sequitur 1. truncum habere figuram Christi vel Angeli, quia habet omnes ubicationes partium, quæ ad talen^m figuram requiriuntur. 2. Toties mutari figuram artefacti, quories illud localiter transfertur. 3. Quemvis hominem scire omnes artes, quia transferendo vestes imagines, &c. carum novas ubicationes adeoq; figuram producit.

4. Ho-

4. Hominem, dum se movet aut movetur, singulis instantibus mutare suam figuram. Picturam vel vestem, quando complicatur, non servare eandem figuram: atque has seqq. nemo admittit. Resp. ad 1. N. seq. quia in tali truncu deest negatio partium superfluarum. Ad 2. D. seq. toties mutari physicè, C. moraliter, N. moraliter manet eadem figura, quia consistit in distantia, & proportione partium inter se, quæ semper est eadem, licet ipsæ ubicationes, per quas distantia ista habetur, physicè mutentur. Ad 3. N. seq. ille enim censetur scire artem, & producere figuram, qui primò partium ubicationes, & cum reflexione ad regulas artis producit. Ad 4. D. seq. mutare physicè, C. moraliter & in estimatione hominum. N. Ad 5. D. seq. non servare eandem figuram formaliter, C. radicaliter, N. formaliter non servat eandem figuram, quia non servat tales ubicationes, quæ faciunt eandem partitionem inter se distantiam: radicaliter servat eandem, quia semper habet tales dispositiones, ut, licet complicetur & proximetur partium distantiam perdat, hanc tamen distantiam propter partium adhesionem, & connexionem facile iterum acquirere possit, modò pictura vel vestis denuo explicetur.

Assert. 22. *Causa est principium ex virtute intrinseca dans esse enti sibi insufficienti ad existendum.* Unde Pater æternus respondeat Filii, & uterque respectu Spiritus S. non est causa, quia non dat esse enti insufficienti: excluduntur etiam conditiones, & dispositiones, quia non dant esse ex virtute intrinseca. Econtra convenit definitio omnibus causarum generibus; dividitur enim causa in efficientem, materialem, formalem, & finalem, quæ membra suis locis explicantur, his tantum observo, divisionem istam esse quidem adæquatam, & valde convenientem ob notabilem membrorum diversitatem, non tamen esse atomam, & factam in species infinitas, aut ex aliqua necessitate, ut non potuerit aliter fieri, aut in species semper realiter oppositas, cum idem possit esse causa efficiens & materialis, formalis & finalis, &c. Objic. 1. Ens insufficientis ad existendum est effigies, ergo causa definitur per suum correlativum. Resp.

¶

D. A.

D. A. realiter, C. A. formaliter, N. A. & sub hac distincto.
 C. & N. C. Objic. 2. Morbus est causa mortis, solis occasus tenebrarum, sed hæc cause non dant, sed potius destruunt esse, ergo non omnis causa dat esse. Resp. mortem & tenebras aliasque negationes probabilius esse purum nihil, adeoque causam propriè non esse. Eatenus ergo morbus causat mortem, & occasus solis tenebras, quatenus morbus tollit dispositiones ad vitam necessarias, aut ponit alias eum eadem incompossibiles, & occasus solis removet lucem, eius causam conservativam tollendo. Objic. 3. Humanitas Christi, & Verbum Divinum sunt eiusdem causa intrinsecæ, sed Christus non est ens sibi ad existendum insufficiens, ergo non omnis causa dat esse enti ad existendum insufficienti. Resp. 1. T. M. D. m. adæquate, C. m. inadæquate, N. m. Resp. 2. N. M. rationem infra in Affert. 28. dabimus Objic. 4. Obiectum est causa cognitionis, causæ morales sunt verè causæ, & tamen non sunt ex 4. enumeratis membris unum, ergo divisio illa non est adæquata. Resp. obiectum esse causam efficientem medium, quatenus causat species, causas morales verò etiam ad efficientem reduci.

Affert. 23. Causa Physica in rigore est, quæ ut aliunde existens determinatè indispensabiliter, & immediate respicitur ab actione productiva quæ tali. Requiritur proinde ad causam Physicam 1. ut aliunde existat, h. e. independenter ab actione productiva sui effectus: unde causa finalis, v. g. sanitas respectu ambulationis, propter sanitatem institutæ, non est causa Physica, quia non existit aliunde, sed primum per ambulationem acquiritur. 2. Ut determinatè, & indispensabiliter respiciatur ab actione, ita ut etiam divinitus sit impossibile, ponit hanc actionem, & non ponit ab hac determinatè causam: unde motiva dispositiones, & conditiones non sunt causa Physica, quia eadem actio, v. g. ambulatio potest propter hoc, vel aliud motivum ponit, eadem productio ignis esse, sive hæc, sive aliæ dispositiones, hæc vel alia applicatio causæ detur. 3. Ut respiciatur immediatè, adeoque non sufficit, causam Physicam mediante alia entitate distincta connecti cum actione: unde exclu-

dun.

Auntur causæ mediatæ, quæ physicè non influunt in effectum, quia non nisi mediante alia causa Physica respiciuntur: ex hoc ipso capite iterum excluduntur motiva dispositiones & conditiones, nam motiva connectuntur cum effectu mediante volitione, ad quam inducunt voluntatem, dispositiones mediante decreto Dei, cuius sunt suo modo motivum, & conditiones mediante causa efficiente, quam applicant. 4. Ut respiciatur ab actione productiva quæ tali; non enim sufficit causam Physicam respici ab actione, sub alio praedicato considerata, & respectu quodam transcendentali, sicut obiectum respicitur à cognitione essentialiter vera, non sub praedicato actionis, sed sub praedicato imaginis considerata: unde obiectum huius propositionis *Verbum est Incarnatum* non est eiusdem causa Physica, quia actio productiva, quæ cum propositione identificatur, Verbum Incarnatum immediate quidem, determinatè, & essentialiter respicit, non tamen quatenus est actio, sed quatenus est imago intentionalis, suo obiecto conformis. E.

contra Colligitur 1. definitionem causæ Physicæ convenire soli causæ efficienti, & materiali extrinsecæ; hæc enim, ut infra in Assert. 46. dicetur, cum prioritatem naturæ immediate actionem recipit, & ab ea determinatur, ut huius potius quam alterius effectus causa sit; illa vero etiam ad effectum essentialiter presupponitur, & per actionem cum eodem immediate, determinatè, & essentialiter connectitur, ergo utraque, ut aliunde existens determinatè, &c. respicitur ab actione productiva quæ tali. Collig. 2. causalitatem in actu 1. causæ Physicæ esse virtutem, potentiam seu aptitudinem, quæ ut aliunde existens determinatè immediate, & indispensabiliter respicitur ab actione productiva effectus quæ tali, cuius descriptionis sensus ex dictis patet.

Assert. 24. Prius natura est, quod ex 2. connexis per actionem productivam entis sibi ad existendum insufficientis, respicitur ab altero ut aliunde existens. Notandum, prioritatem naturæ juxta communem opinionem competere 1. causæ efficienti. 2. Materiali extrinsecæ. 3. Causis mortalibus. 4. Dispositionibus & conditionibus. 5. Decreto Dei applicanti

canti Omnipotentiam, & 6. cognitioni Dei directivæ huius decreti. Econtra ab hac prioritate excluduntur 1. una Persona divina respectu alterius. 2. Causæ intrinsecæ. 3. Actio respectu effectus. 4. Causa finalis, & 5. unus effectus simultaneus respectu alterius: ista proinde debet conceptus assignatus excludere, & illis convenire. Dicitur 1. quod ex 2. connexis per actionem productivam, saltem ut coniunctam cum decreto Dei. 2. Entis sibi ad existendum insufficientis. 3. Respicitur ut aliunde existens, quæ verba requirunt, ut id, quod est prius natura, non per eundem actum 1. proximum, à quo actio procedit, sed aliunde, & per alium actum 1. proximum existat. Unde infertur 1. conceptum nostrum convenire iis, quibus debet convenire; ea enim omnia cum effectu per actionem, vel immediate, vel mediante decreto connectuntur, & quia constituant actum 1. proximum ad actionem, hoc ipso aliunde existunt. 2. Excludi ea, quæ debent excludi, quia vel non connectuntur cum effectu per actionem ut causæ intrinsecæ, vel non per actionem entis sibi ad existendum insufficientis, ut una Persona divina respectu alterius, vel non existunt aliunde ut actio, causa finalis & unus effectus simultaneus respectu alterius. 3. Posterior natura esse ens ad existendum sibi insufficientis, quod alterum secum per productionem connexum respicit ut aliunde existens. 4. Prioritatem naturæ in abstracto esse actionem productivam entis sibi insufficientis, per quam unum cum altero connectitur, & ut aliunde existens respicitur. Obijc. 1. Causa & effectus dantur in eodem instanti reali, ergo causa non est prior effectu nisi per fictionem intellectus. Resp. D. C. non est prior tempore, C. C. prior natura, N. C. quia esse prius natura aliud non est; quam connecti per actionem cum altero, & constituere actum 1. proximum vel presupponi ad illud, vel, quod idem est, dari pro priori signo naturæ, quæ omnia independenter à fictione intellectus dantur. Obijc. 2. Pro priori signo datur causa, & non datur effectus, qui primum ponitur pro posteriori, ergo cum prius, & posterior signum sit idem instans reale, effectus pro eodem instanti datur, & non datur, quod implicat. Resp. D. A.

D. A. non datur effectus simpliciter, N. A. non datur certo modo h. c. non presupponitur, C. A. unde pro eodem instanti datur simpliciter, & non datur cum sui præsuppositio- ne, quod non implicat. Objic. 3. Si pro i. signo non da- tur effectus, eius negatio datur, ergo hæc negatio est prior naturæ ad effectum. P. A. quando non datur res, datur ne- gatio rei. Resp. N. A. ad prob. dico, eam veram esse, si to quando denotat instans reale, non verò, si significat si- gnatum naturæ. Dices. Hæc propositiones, *effectus datur pro i. signo, negatio effectus datur pro i. signo*, sunt contradictoriz, ergo non potest utraque esse falsa: atqui juxta dicta ambæ essent falsæ. Resp. N. A. quia altera non negat, quod pri- ma affirmat: deberent ergo sic fieri, *effectus pro i. signo da- tur, effectus pro i. signo non datur*; sic autem prima est falsa, & altera vera. Objic. 4. Actio in eo signo naturæ datur, in quo datur causa efficiens, ergo etiam est prior naturæ. P. A. quando concretum datur, debent dari eius partes, sed actio est pars huius concreti, *causa actu causans*. Resp. N. A. ad prob. D. M. quando datur concretum adæquatè, C. M. si datur tantum inadæquatè, N. M. pro i. signo *causa actu causans* datur tantum inadæquatè, & est denominatio, cu- itas partes dantur successivè quoad signa naturæ, sicut *annus senex*, & similes denominatioes dicunt successionem par- tium quoad instantia realia. Objic. 5. Actio recipitur in effectu, ergo, si est prioritas naturæ, denominat effectum priorem naturæ. Resp. N. C. quia prioritas naturæ non est actio quomodounque, sed est actio, per quam unum cum altero connectitur, & ut aliunde existens respicitur, effec- tus autem non respicitur ab actione, ut aliunde existens, sed potius ut accipiens esse, ergo non denominatur prior, sed posterior naturæ, ita ut eadem actio causam priorem, & effec- tum posteriorem denominet.

Affert. 25. Repugnat pro eodem instanti reali mutua prioritas naturæ, sive in eodem, sive in diverso genere causandi. P. i. Re- pugnat idem respectu eiusdem esse prius, & posterioris priori- tate eiusdem rationis, sed admissa mutua prioritate natu- ræ hoc sequeretur; idem enim esset prius ut ponitur & esset simul posterior, quia alterum etiam est prius, & quidem

prioritate eiusdem rationis, nempe naturæ : unde ulterius sequeretur, idem esse prius & posterius scipio, quod ex terminis est impossibile. 2. Si inter 2. daretur mutua prioritas naturæ, idem respiceretur ut aliunde existens, & non respiceretur : esset ab altero independens, & simul dependens, dependentia eiusdem rationis : constitueret actum 1. proximum & non constitueret : nam primum prædicatum convenit ei, quod est prius naturâ, alterum illi, quod est posterior : atqui inter 2. quæ mutuam prioritatem habent, utrumque est prius, & posterior. 3. Effectum per suam realem existentiam constituere actum 1. proximum suæ causæ, est evidenter impossibile, alijs existeret ante suam causam, & antequam produceretur : atqui si effectus posset esse prior naturâ ad suam causam, deberet per suam realem existentiam constituere actum 1. proximum suæ causæ. Objic. 1. Poteſt dari mutua prioritas localis, & Petrus v.g. in templo eſte prior Paulo vēſtūs januam, hic verò vicissim eſte prior illo vēſtūs altare, ergo etiam poteſt dari mutua prioritas naturæ. Resp. N. C. quia prior datur ad diversos terminos, ad quos Petrus & Paulus comparantur : unde plus non sequitur, quām Petrum eſte propinquum januæ, & non altari, Paulum verò altari, & non januæ, quæ nulla eſt contradic̄tio. Econtra mutua prioritas naturæ facit, ut idem quoad eundem terminum ſcil. ſecundūm suam existentiam ſit prius, & posterius, dependens & independens, & alterum vicissim, quod implicat. Objic. 2. Poffunt ſeorsim dari 2. actiones, quarum unâ ignis a ignem b & alterâ ignis b ignem a producat, ergo poffunt iſtæ actiones etiam ſimul pro eodem instanti dari, ergo etiam mutua prioritas naturæ. Resp. C. A. N. C. quia multa ſunt feorsim poſſibilia ut amor & odium, affensus & diſlensus, &c. quæ tamen ſimul repugnant; nam contradictiones poſſunt verificari pro diversis, non verò pro eodem instanti. Objic. 3. Quando ex ligno fit ignis, dispositiones ad ignem pro instanti, quo forma ignis producitur, ſunt priores natura, & forma ignis, quia eas tanquam proprietates conservat, eſt vicissim prior naturâ. Resp. dispositiones primâm pro ſequenti instanti tranſire in proprietates, tunc autem, quan-

do

de forma ignis producitur, conservari à causa producentis ignem, adeoque mutuam prioritatem dari, sed pro diverso instanti. Dices. Proprietates ignis mouent Deum, ut conservet formam ignis, ergo sunt priores naturā, ergo si vicissim forma ignis est prior naturā, datur mutua prioritas. Resp. has proprietates mouere Deum, ut conservet formam ignis non pro instanti, quo ipsæ conservantur: sed pro sequenti, ergo datur mutua prioritas pro diverso instanti: uti datur etiam inter impulsū lapidi impressum & motum, qui causatur ab impulsu pro 1. instanti, & eundem pro sequenti instanti conservari exigit. Objic. 5. Stomachus cibum, & cibus vicissim stomachum calefacit. Resp. hanc non esse mutuam prioritatem, quia idem non est causa & effectus; nam calores isti non se mutuo producunt, sed à substantia stomachi, & cibi producuntur. Objic. 6. Motus unius rotæ est causa, cur moveatur altera, & vicissim, nam ideo movetur rōta dextera, quia movetur sinistra & vicissim. Resp. motus utriusque rotæ esse effectus simultaneos ab equo trahente currum productos. Ad prob. dico hanc non esse propositionem causalēm, & particulas ideo quia non semper denocere causalitatem, vel dependentiam à priori, sed sēpe solum dependentiam à posteriori, vel concomitanti. Eiusmodi effectus simultanei sunt etiam apertio fenestræ, & ingressus venti, quia causantur ab impulsu, qui inest vento: Item calores 2. manuum, quarum una alteram calefacit, quia hi calores non se mutuo producunt, sed à motu, & confriicatione manuum producuntur: Item ubicationes in 2. baculis ad se inclinatis, qui se mutuo sustentare videntur, quia haec ubicationes primò proveniunt ab inclinante baculos, deinde à Deo, quamdiu non adest aliquid eorum destructivum, conservantur. Objic. 7. Actus causat habitum, qui oritur ex actibus frequentatis, & habitus causat actum, in quem physicè influit. Resp. actum quidem ab habitu, habitum tamen ab actu non causari simpliciter, sed tantum quoad eius aliquod augmentatur, unde id, quod est prius naturā, non est posterius. Objic. 8. Ponamus Deum imperare Petro, ut pro 1. instanti hora 3. templum accedat, alijs pro illo ipso instanti mor-

de afficiendus, nisi obediatur: in hoc casu vita est prior natura
rā ad accessum templi, & accessus ad vitam, ad cuius conser-
vationem movet. Resp. casum esse impossibilem; vel-
let enim Deus pro eodem instanti vitam Petri, quia vult ac-
cessum ad templum, ad quem vita præsupponitur, & simul
eandem non vell, quia vult auferre. Objic. 9. Ponamus
ex 2. hominibus unum firmiter decerare, nolle se pro se-
quenti instanti, vel moveare, vel quiescere, nisi alterum vi-
deat se moventem, aut quiescentem; alterum vero idip-
sum non minus firmiter decernere: hoc posito datur mutua
prioritas inter utriusque motum & quietem. Resp. hæc
decreta nos posse esse efficacia ob mutuæ prioritatis repu-
gnantiam, quæ aliunde fuit probata.

Affert. 26. Repugnat aliquid cum prioritate naturæ scipsum
producere. Causa finalis ut cognita moveret quidem, & est
causa sui ipsius secundum existentiam realem, sed non est
prior natura: quævis item substantia, ut nunc physice exi-
stens, si non adest agens destructivum, est causa moralis
sui ipsius, & moveat Deum ad conservationem sui pro se-
quenti instanti. Procedit ergo assertio, quod idem eas
pro eodem instanti, quo jam ab aliqua causa productū est,
non possit scipsum per 2. actionem (per 1. actionem omni-
b^e evidens est, non posse aliquid esse causam sui ipsius) imme-
diatè vel mediatè producere: si mediatè produceret, si An-
gelus v.g. productus à Deo per 1. actionem, scipsum immediatè
pro eodem instanti produceret: mediatè produceret, si v.g.
ignis a, productus à Deo per 1. actionem, produceret igni-
num b, à quo ignis a pro eodem instanti per 2. actionem
produceretur. Utrumque est impossibile. P. Ista 2. pro-
ductio est medium essentialiter inutile. & superfluum, er-
go repugnat, nec potest vel à natura, vel à Deo sapientissi-
mo artifice intendi. P. A. Illud medium est superfluum,
quod supponit finem suum, vel saltem ordinatur ad eum
jam aliunde obtentum, sed 2. actio, si est immediata, sup-
ponit finem suum, quia supponit rem, cuius est productio,
& cui deberet dare esse; si vero est mediata, ordinatur ad
finem jam obtentum, nempe ad dandum esse effectui, qui
jam existit. Objic. 1. Finis actionis est, dare esse non qua-
leculun-

læcunque, sed dependens ab hac causa; sed 2. actio daret esse dependens ab alia causa, ergo haberet finem. Resp. N. m. nam 2. actio, quia non potest simpliciter dare esse, etiam non potest dare esse dependens ab alia causa. Objic. 2. Potest aliquid, uno modo obtentum, rationabiliter interdum dialio modo, v. g. possessio beneficij, ex donatione obtenti, potest etiam per propria merita intendi, ergo etiam Deus potest 2. actionem velle alio titulo, ut effectus firmius & duplii quasi jure existat. Resp. N. C. quia merita propria sunt per se estimabilia & faciunt, ut beneficium duplii titulo obtentum maiorem delectationem afferat, quam obtentum per solam donationem. Econtra 2. actio per se non habet estimabilitatem, sed tantum ratione finis, qui jam obtentus ponitur, ergo nullo modo estimabilis est: deinde existentia effectus consistit in indivisibili, ergo non potest fieri per 2. actionem existere. Objic. 3. Reproductio mediata ignis tantum est per accidentia superflua, & in his circumstantiis, poterit enim esse 2. actio productiva, ergo non est impossibilis. Resp. N. C. est enim impossibilis, quamdiu non habet finem. Dices. Materia potest carec suo suo scil. formal substantiali, & tandem divinitus existere, ergo etiam 2. actio. Resp. N. C. nam finis unicus materia non est; facere compositum substantiale, sicut unus finis actionis est, dare esse effectum. Objic. 4. Potest dari aliquid per accidentia superfluum, ut si in praesentia solis accendatur candela ad illuminandum aerem, ergo potest etiam dari 2. actio. Resp. posse dari, quod est moraliter, non vero quod est physicè superfluum: illud datur, quando medium à nobis ordinatur ad finem, qui in estimatione hominum jam obtentus est, aut sine medio obtinetur potest: istud daretur, quando res aliqua à natura, vel Deo intenderetur ad finem, ad quem nihil utilitatis coactere: candela accensa in praesentia solis est aliquid moraliter superfluum, non physicè, quia una cum sole aërem attemperato concursu illuminat. Objic. 5. Reproductio mediata ignis a nil est aliud quam 2. actiones; quare una ignis a dependet à Deo, & altera ab igne b, sed haec 2. actiones sunt possibles. Resp. D. M. nil aliud est,

quæm 2. actiones simul positæ, C. M. scorsim existentes; N. M. & D. m. sunt possibiles scorsim, C. m. simul N. m. & C.

Affert. 27. Repugnat duplex actio totalis in actu 2. respectu eiusdem effectus. P. Actio in actu 2. totalis est, quæ sola est sufficiens positio effectus, sed tales 2. actiones non possunt à Dao intendi, ergo nec dari. P. m. 1. Alterutra esset essentialiter superflua, & carcerem omnifine, qui nimisrum sufficienter per unam obtinetur, ergo utraque non potest à Dao intendi. 2. Alterutra daret, & non daret esse effectui; daret, quia hic est finis, & essentia actionis; non daret, quia effectus suum esse jam haberet. Conf. dare esse effectui est supplerere eius insufficienciam ad existendum, sed effectus, per unam actionem productus, nullam habet amplius insufficientiam: Objic. 1. Potest à Dao finis intendi in duplice actione totali, licet à nobis ignoretur. Resp. actionem esse unicè à Dao intendibilem, ut deterre effectui, qui finis necessariò in alterutra actione est superfluus. Objic. 2. Effectus per 2. actiones productus magis esset à corruptione remotus, nam cessante actione unius cause existeret per alteram, ergo haberet finem duplex actio. Resp. N. A. si enim 2. cause in actu 1. totales, & in actu 2. partiales sunt applicatae, tunc cessante influxu unius cause, altera fieret in actu 2. totalis, & sufficienter effectum conservaret. Objic. 3. Potest eadem res per plures ubicaciones ubicari, ergo etiam per plures actiones produci. Resp. N. C. quia plures ubicaciones haberent finem, & quævis rem ad alium certum locum determinaret, plures verò actiones totales nullum haberent finem. Objic. 4. Potest effectus per plures cognitiones cognosci, ergo etiam per plures actiones produci. Resp. N. C. quia potest res habere plures existencias intentionales, non verò Physicas. Objic. 5. Potest effectus procedere ex duplice causa finali in actu 2. totali, & ambulatio, v. g. intendi propter sanitatem, & societatem amici, ergo etiam potest produci à duplice causa effectiva totali. Resp. N. A. nam actus internus ambulationis, sive imperium esset evidenter aliud, si removeretur una causa finalis; externa verò ambulatio, licet secundum

etiam se possit ex hoc vel alio fine procedere, prout tamen posita dependenter ab hoc decreto, habet etiam cum causa finali connexionem, & esset alia, si finis mutaretur, ergo sanitas & societas amici sunt tantum causa finalis in actu 1., non verò in actu 2. totalis. Objic. 6. Eadem hostia potest à pluribus Sacerdotibus consecrari: eadem gratia per baptismum à pluribus baptizantibus conferri: idem peccatum plures remitti: idem pondus ex pluribus funibus suspendi, ergo possunt dari plures actiones in actu 2. totales. Resp. N. C. nam Corpus Christi ponitur sub speciebus per unicam actionem, indivisibiliter omnes Sacerdotes respicientem, ita ut esset alia, si unicus abesset: eodem modo gratia in baptismo confertur per unicam actionem, Christum tanquam causam principalem, baptizantes verò tanquam causas instrumentales respicientem: peccatum plures remittitur non formaliter, sed radicaliter, quatenus sèpius ponitur radix ex se sufficiens ad peccatum delendum, si daretur: plures funes sunt tantum causæ in actu 1. totales, & pondus attemperato concursu sustinent. Objic. 7. Duo ignes sunt causæ necessariæ, ergo si eidem ligno applicantur, agunt, quantum possunt: atqui quilibet potest seorsim totaliter producere ignem, ergo etiam si coniunguntur, quivis est causa totalis, ergo tertius ignis per 2. actiones totales producitur. Resp. D. C. agunt quantum possunt per potentiam remotam, N. C. quantum possunt per potentiam proximam, C. C. quivis autem potest quidem seorsim per potentiam proximam totaliter producere ignem, non verò si coniunguntur, quia potentia proxima totaliter producendi effectum absentiam similis alterius causæ tanquam conditionem includit, quæ conditio non datur, si 2. ignes simul applicantur. Objic. 8. Si 2. ignes simul applicati non agunt tantum, quantum quivis seorsim, tuoc suum concursum attemperarent, sed hoc est falsum; quia neuter discernit præsentiam alterius concausæ, nec potest suum influxum cohibere. Resp. C. M. N. m. & suppositum, quod ista attemperatio debeat fieri dependenter à cognitione; nam attemperare vires aliud non est, quam inadæquatè influere, vel per actionem totalem omnes causas

fas respicientem, vel per plures partiales, quarum nulla seorsam ad effectum sufficeret: atqui hoc etiam convenit agentibus non cognoscitivis. Dices. Uterque ignis producit totum effectum, ergo uterque est causa totalis. Resp. D. C. totalitate effectus, C. C. totalitate causæ & influxus, N. C.

Affert. 28. *Causa intrinseca est principium tanquam pars constitutiva, & dans esse enti ad existendum sibi insufficienti.* Illud datur esse altera tanquam pars, quod ut incompletum cum alio incompleto constituit totum. Unde causa intrinseca non sunt 1. tres Personæ respectu SS. Trinitatis. 2. Nec Verbum Divinum respectu Christi. 3. Nec Humanitas respectu eiusdem, quia in se est quidem incompleta, & perfectibilis, Christum tamen constituit cum verbo, quod non est ens incompletum. Dividitur causa intrinseca in materialē, & formalem: illa ut pars magis determinabilis, ista ut pars magis determinativa constitutiva insufficiens, quæ divisio est omnino adæquata, quia ad eius membra omnis causa intrinseca reduci potest. Objic. 1. Unio etiam est pars totius, ergo est causa intrinseca: atqui nec est materialis, nec formalis. Resp. N. C. quia causa intrinseca debet esse pars ut quod, unio est pars ut quo. Objic. 2. Unio non tantum formam materiarum, sed etiam seipsum tam materiarum, quam formæ unit, ergo est extremum, & pars ut quod. Resp. unionem, quatenus materiam formæ unit, esse purum vinculum, & partem ut quo, in quantum verò seipsum materiam unit, vel formæ, esse extremum, partem ut quod, & causam intrinsecam huius totius materiae unitæ, formæ unitæ, atque ad causam formalem posse reduci. Objic. 3. Respectu ligni bipalmarii quivis palmus est causa intrinseca, atqui neuter est materialis, vel formalis, quia unus & que est indifferens, quam alter ad constitutendum lignum bipalmare. Resp. utrumque palmum constituere quidem lignum bipalmare, sed una cum unione continuativa, ita ut hæc unio sit causa formalis, & 2. palmi sine causa materialis. Objic. 4. Ad totum substantiale, præter materiam & formam, requiriunt etiam subsistentia, ergo datur alia causa intrinseca. Resp. 1. subsi-

sten-

Quentiam esse tantum partem ut quo. Resp. 2. eam reduci ad causam, vel materialem, vel formalem, quatenus materia ut subsistens est causa materialis, & forma ut subsistens causa formalis.

Assert. 29. *Causalitas in actu 2. causarum intrinsecarum est unio.* Quæ est vinculum extremorum ad faciendum unum compositum, & dividitur in Physicam, & moralem: unio Physica est vinculum ex pluribus formaliter constituens unum per se, cuius nimirum partes ex intentione agentium naturalium coniunguntur, ut homo, arbor, lapis, &c. unio moralis datur inter extrema constituentia unum totum per accidens, & morale, cuius scil. extrema præcisè casu, vel mutuo voluntatum consensu, vel ex intentione agentis artificialis coniunguntur, ut cumulus lapidum, amantes, artefacta, &c. Unio Physica alia est continuativa, sive integralis, & alia informativa, sive essentialis: illa facit ut plures partes materiæ, vel quantitatis localiter extensæ continentur: ista intercedit inter subiectum, & formam tanquam inter partes, quæ intrinsecè se perficiunt. P. nunc Assert. Causare intrinsecè effectum in actu 2. est totum actu instar partis constituere, sed causæ intrinsecæ in actu 2. constituunt totum instar partis per unionem, sive per hoc, quod inter se uniantur, ergo causalitas seu forma, denominans causas intrinsecas totum in actu 2. causantes, est unio. Objic. 1. Ergo unio totum, quod est effectus, denominat unitum, sicut actio suum effectum denominat productum. Resp. D. illat. denominat unitum b. c. compositum ex partibus unitis, C. denominat unitum alteri extremo, N. unde unio potius respectu partium est unio, & respectu totius compositio. Objic. 2. Unio sçpe non datur in composite, ergo non est semper causalitas. P. A. 1. Intellectio una cum anima constituit totum intelligens, sed hic non datur unio. 2. Murus & visio sunt causæ intrinsecæ huius totius murus visus, atqui inter ista extrema non datur unio. Resp. N. A. licet enim non semper detur unio distincta ab extremis & Physica, datur tamen unio indistincta, ut in priori, vel moralis, ut in posteriori toto, quod etiam tantum est morale.

Assert. 30. *Vno non identificatur cum extremis, nec cum deo greto DEI, nec cum intima præsentia extremonum, nec cum dispositionibus, nec cum actione eductiva forma.* Est autem potissimum sermo de unione essentiali, nam de integrali infra in Assert. 65. agetur. P. 1. pars : 1. Possunt extrema, v.g. corpus & anima hominis existere, quin uniantur, ergo possunt separari ab unione, ergo cum ea non sunt idem. 2. Extrema esse unita non est præcisè ea existere, aliàs anima Iudee cum quavis materiâ esset unita, ergo unio est aliquid aliud præter extrema. 3. Homo generatur, & corrumpitur, ergo aliqua pars debet generari, & corrumpi : materia & anima non sunt corruptibles, ergo debet dari alia pars neinpe unio. P. 2. pars : 1. Unio est pars compositi, decretum non est pars, aliàs non daretur compositum purè creatum. 2. Homo nec generaretur, nec corrumpetur. 3. Omnia composita haberent unicam, & æternam unionem, quia decretum Dei est unicum & æternum. 4. Decretum, volens extrema esse unita, quale haberet obiectum ? an solam existentiam extremonum ? sed hæc potest dari absque unione : an extrema disposita, & intimam eorum præsentiam ? verùm possunt etiam hæc dari, quin extrema sint unita ; an scipsum ? hac autem ratione decretum non est efficax sed nugatorium. P. 3. pars : 1. Unio est pars hominis, v. g. intima præsentia, quia consistit in accidentibus ubicationibus extremonum, non potest esse pars compositi substantialis. 2. Verbum Divinum cuivis naturæ humanæ, & dæmon homini obfesso est intimè præsens, & tamen illud soli naturæ humanæ Christi, iste vero non unitur cum homine obfesso. 3. Qui alterum, vel se ipsum movet, in altero, vel in scipso producit intimam præsentiam, nempe ubicationes extremonum, ergo produceret unionem alterius, vel sui ipsius, quod est falsum. P. 4 pars : 1. Possunt dari dispositiones in materia, quin forma sit unita, vel separari à materia, ut forma maneat unita ; cur enim hoc implicet ? ergo dispositiones non sunt unio. 2. Unio est pars totius substantialis, dispositiones sunt accidentia, nec possunt esse pars. 3. Ipsæ dispositiones debent materiæ uniri, per quid uniuntur ? non per se ipsas,

ipfas, quia sunt accidentia absoluta, & possunt existere dividitius extra subiectum: non per alias dispositiones, alias proceditur in infinitum; si vero uniuntur per unionem distinctam, cur non etiam extrema indifferentia per distinctam uniantur? 4. Per dispositiones extrema disponuntur ad unionem, ergo non sunt unio. P. 5. pars: 1. Unio in composito substanciali debet esse substancialis, actio productiva est accidens, quia non spectat ad conceptum substantializ. 2. Sicut forma ita & unio non est alligata ad certam causam, sed indifferens, ut ab hac vel illa causa producatur, eductio formæ non est indifferens, ergo non est unio. 3. In homine unio non identificatur cum actione productiva formæ, ergo nec in aliis totis. 4. Actio primò productiva & conservativa, v. g. equi (eadem est ratio de aliis totis) differunt specie, ergo etiam unio in equo producto, & conservato differt specie, ergo etiam equus, qui conservatur, quia habet diversam partem, est alius species ab eo, qui fuit productus, quod & contra communem sensum. Objic. 1. contra 1. part. Actus & potentia scip̄is faciunt unum, sed extrema scil. forma, & materia sunt actus, & potentia. Resp. D. M. scip̄is h. e. nullo mediaente, quod se habet ut quod, C. M. scip̄is, ut non intermediet viaculum ut quo, N. M. Objic. 2. Unio per scip̄am unitur materiz, ergo etiam forma. Resp. N. C. nam unio non est indifferens, nec potest existere, quin uniatur suis extremis: forma vero est indifferens, & potest existere non unira. Objic. 3. contra 2. part. Decretum D. tollit indifferentiam extreborum ad esse unita, quia implicat, Deum velle, ut sint unita, quia sint unita, ergo decretum est unio. Resp. 1. implicat Deum velle, ut murus sit albus, quin sit albus, ergo nec albedo, nec alia forma accidentalis admittenda est. Resp. 2. D. A. tollit radicaliter, vel causaliter, C. formaliter, N. A. & C. Objic. 4. contra 3. & 4. part. Positis omnibus requisitis scil. intimâ extreborum præsentia, dispositionibus, & conditionibus est impossibile, ut non resultet unio, ergo unio nihil est ab his requisitis distinctum. Resp. 1. ergo etiam visio muri nihil est distinctum à muto aliquantum distante, & meo ocu-

lo aperto ac decreto Dei, volentis metum concurrere ad vñdendum, quia repugnat, ista ponit, & non resultare visio nem. Resp. 2. D. A. est impossibile, ut non resultet unio distincta, C. A. identificata cum his requisitis, N. A. & C. Objic. 5. contra 5. part. Sola eductio formæ tollit indiffer entiam, ut forma inexsistat materiæ, ergo unio superaddita est superflua. Resp. D. A. tollit radicaliter, C. A. formaliter, N. A. & C. Objic. 6. Unio est essentialis determinatio formæ ad subiectum, sed actio eductiva est etiam talis determinatio, quia fundat intimam extremorum præsentiam, ergo est unio. Resp. unionem debere esse talem determinationem, vi cuius extrema sibi invicem perfectio nes commuicant, quod non habet actio eductiva, quæ ex officio scipiam solùm materiæ, & formæ commuicant. Objic. 7. Eductio est actuale exercitium, vi cuius materia tanquam pars determinabilis, & forma tanquam pars determinativa intrinsecè perficiuntur, sed eiusmodi exercitium est etiam unio. Resp. D. M. vi cuius materia, & forma intrinsecè perficiuntur ab ipsa actione, C. M. à lese mu ruo, N. M. unio debet esse formale exercitium, per quod materia à forma & vicissim perficitur.

Assert. 31. *Modus est pura, actualis & formalis determinatio rei indifferentis.* Requiritur proinde ad essentiam modi 1. ut sit pura determinatio, h. e. ut eius tota perfectio, & unusquis finis, propter quem intenditur, sit, rem indifferentem determinare ad aliquam denominationem: unde Angelus, si esset sui ipsius actio productiva, non esset modus, nec anima, aut alia forma substantialis, si scipsa materiæ uniretur, nec actus vitalis cum actione sui productiva ideo tificatus, nam hæ entitates habent alias perfectiones absolu tas, propter quas possent intendi, licet non essent actualis determinatio, sed per aliquid distinctum determinarentur. 2. Ut sit actualis determinatio, h. e. ut nunquam pos sit existere, quin actu determinet, adeoque accidentia, quæ, ut ex mysterio Eucharist. constat, extra subiectum, & ita possunt existere, ut actu non determinent, non sunt modi. 3. Ut sit formalis determinatio, h. e. ut sit ipsa forma tri buens illam denominationem, ad quam res est indifferens hinc

Hinc creature per actionem distinctam producuntur à Deo, qui ad eas producendas indifferens est, non sunt modi respectu Dei; cum enim non sint formalis productio, etiam Deum in ratione producentis formaliter non determinant. Ex his Collig. 1. modos esse vilissimas entitates, appendices entium, solum semientia & prope nihil, quia oimorum sunt purae habitudines, & respectus, qui nullam aliam perfectionem, finem aut amabilitatem habent, nisi in ordine ad entia absoluta, quae ad certam aliquam denominationem determinant. Collig. 2. Dari defacto entitates modales.

P. Dantur entia indifferenter ad varias denominationes, sic materia, & forma sunt indifferentes ut uniantur, non nulli effectus de ab hac vel alia causa producantur, quævis creatura indifferens est, ut existat in hoc loco, vel tempore, &c. ergo debent determinari, & quidem per aliquid distinctum, quod non amplius indifferens est: atqui hoc determinativum est modus, quia est pura actualis, & formalis determinatio rei indifferenter. Objic. 1. Actio est modus, sed actus vitales sunt actio sui ipsius, ergo modus. Resp. D. M. actio, quæ est pura determinatio, C. M. si insuper habet alias perfectiones, uti habent actus vitales, N. M. Objic. 2. Cognitiones non sunt entia absolute, habent enim essentiale respectum tam ad obiectum, quam ad potentiam; à qua etiam sunt inseparabiles, ergo sunt entia modalia. Resp. D. A. non sunt entia absolute, prout absolutum significat ens nullum habens respectū ad aliud, & opponitur relativo, C. A. prout absolutum sumitur pro eo, quod non est pura determinatio, & opponitur modali, N. A. & C. Objic. 3. Unio hypostatica est nobilissima entitas, & tamen est modus, ergo modus non est vilissima entitas. Resp. D. A. est nobilissima entitas ratione termini scil. Verbi Divini, C. A. ratione sui, N. A. & C. Objic. 4. Si ubicatio uniretur per unionem distinctam, esset adhuc modus, & non esset actualis determinatio. Resp. talem ubicacionem fore qualitatem absolutam sicut alia accidentia. Objic. 5. Accidentia respiciunt essentialiter substantiam, ergo sunt modi eiusdem. Resp. N. C. non enim sunt pura, & actualis determinatio substantie. Ob-

obj. 6. Modi præjudicant Dominio Dei in creaturas, ad quod spectat, posse quamvis creaturam producere, conseruare, vel destruere, non productâ, conservatâ, vel destrutâ aliâ distinctâ : atqui Deus non posset producere, vel conservare modum sine modificado, nec destruere modificatum sine modo, ergo ut salvum maneat Dominium Dei, modi non debent admitti. **Resp. 1.** Juxta multos Dei sibi non potest conservare materiam sine omni forma, nec formam destruere sine materia : non potest conservare creaturam sine omni accidente, nec producere actuam vitalem sine potentia vitali, quæ tamen eius Dominio non præjudicant, cur ergo præjudicent modi ? **Resp. 2.** N. M. quia ad Dominium Dei non spectat facere ens superfluum, vel contradictoria, sed modus sine modificado esset ens superfluum, item esset actualis determinatio, & non esset : igitur ad Dominium Dei sufficit, quod creaturas, vel producere, vel in pura possibilitate relinquere, item productas, vel conservare, vel destruere possit, sive dein productio, conservatio, vel destructio unius cum productione, &c. alterius connexa sit, sive non.

Affir. 32. Unio per seipsum unitur extremis, à quibus etiam divinitus non potest separari, & est entitas modalis. **P. 1. pars:** Si extremis uniretur per distinctam unionem, vel haec iterum uniretur per distinctam, vel per seipsum ? non perdistinctam, alias proceditur in infinitum : si per seipsum, cur non etiam prima unio per seipsum uniatur ? **P. 2. pars:** Unio sine extremis suo fine uno, ob quem intenditur, ut nimirum extrema ad unum totum determinet, ceteret, ergo esset ens essentialiter superfluum, ergo non potest ab extremis separari. **P. 3. pars:** Officium unicum, & essentia unionis quæ talis est, determinare extrema de se indifferenter ad faciendum totum, ergo unio est pura actualis, & formalis determinatio rei indifferenter, ergo est entitas modalis. **Objic. 1.** Unio in homine, v. g. est indifferens ad tempus & locum, ergo non est ultima determinatio, nec modus. **Relp. D.C.** non est ultima determinatio in suo tempore in genere unionis, N. C. in alio genere, C.C. **Objic. 2.** Unio inter corpus, & animam Christi unitur per aliam

lian; unionem nempe per hypostaticam Verbo Divino, ergo nec in genere unionis est ultima determinatio. Resp. D. A. unitur per aliam unionem ad faciendum unum suppositum, C. A. ad faciendum compositum, N. A. & C. Objic. 3. Si unio esset accidentalis, homo esset totum accidentale, ergo homo est ens modale, quia unio est modalis. Resp. N. C. nam totum accidentale illud est, quod non est adaequatè substantiale, sed hoc conveniret homini, si unio, quæ est pars, esset accidentalis: econtra ens modale est pura determinatio rei indifferentis: atqui homo tametsi eius unio sit modus, non est talis pura determinatio, ergo. Objic. 4. Ideo requiritur unio distincta, ut tollat indifferentiam extreborum, sed ad hunc finem inutilis est, quia indifference est cum extrebris identificata, ergo æque parum, quam ipsa extrema, per unionem potest tolli. Resp. 1. id omnibus solvendum esse, qualemcunque statuant unionem. Resp. 2. D. M. ut tollat, h. e. ut omnino auferat indifferentiam, N. M. ut tollat, h. e. ut actuat indifferentiam, & faciat, ut non amplius detur pura indifference, C. M. in hoc posteriore sensu unio tollit indifferentiam, non in priore. Resp. 3. D. M. ut tollat indifferentiam accidentalem, C. M. essentialem, N. M. illa est pura indifference, sive coniuncta cum negatione termini, qui indifference responderet, ista abstrahit à termino, vel eius negatione: hanc unio non tollit, sed illam. Objic. 5. Petrus & Paulus sunt indifferentes, ut coexistant, & tamen ad eam tollendā non debet superaddi 3. entitas modalis, ergo nec est necessaria ad tollendā indifferentiā extreborū. Resp. N. C. nam Petrus & Paulus non possunt simul existere, quin coexistant; ergo simultaneæ existentiæ nihil debet superaddi. Econtra possunt extrema simul existere, quin sint unita, ergo ut uniantur, debet superaddi aliquid, quod est modus.

Alert. 33. *Unia essentialis in compsite est unica, integraliter, tamen etiam in homine divisibilis est.* P. 1. pars: Per unicam unionem sufficienter materia formæ, & forma materiæ unitur, ergo altera unio est superflua. P. A. Unio est nexus inter materiam, & formam, ergo unica unio connectit materiam cum formam, & formam cum materia, sicut uni-

ca visio denominat hominem videntem, & murum visum; unica via dicit Athenis Thebas, Thebis Athenas. P. 2. pars: Si unio integraliter esset in divisibilis, deberet semper totaliter destrui, quoties aliqua particula materie homini, aut alteri composite decedit, & deberet semper totaliter nova produci, quoties antiquæ materiæ per nutritiōnem nova particula adgeneratur: atqui utrumque est falsum, alias homo, in quo istæ mutationes ferè singulis instantibus contingunt, toties novam unionem essentialēm acquireret, & essentialiter mutaretur, quod est contra omnium sensum. Objic. 1. contra 1. part. Per unionem debent se extrema mutuò perficere, ergo sicut utrumque extrellum perficit alterum, ita utrumque habet specialem unionem. Resp. sufficere unicam unionem, nam extrema se etenim perficiunt, quatenus utrumque est incompletum, & unum velut potentia alteri tanquam actui unitur, ergo sicut est impossibile, ut unum alteri, quin alterum etiam huic uniatur, ita implicat, ut unum ab altero perficiatur, & alterum non vicissim perficiat. Objic. 2. Unica unio in homine, vel esset materialis, vel spiritualis? non materialis, quia unius recipitur in anima, sed nullum ens materiale potest recipi in ente spirituali: non spiritualis, quia est perpetuò connexa cum materia. Resp. esse materialem & dico, posse aliquid materiale recipi in ente spirituali tanquam in subiecto inadæquato; sic enim etiam sensatioies hominis non in sola materia, sed etiam in anima recipiuntur. Objic. 3. Materia per unionem materializat formam, & forma per unionem informat materiam, ergo non potest esse unica unio, alias ea esset materializatio, & informatio. Resp. N. C. & dico, eandem unionem esse materializationem, & informationem. Dices, ergo materia informat, & forma materializat. Resp. N. illat. sicut enim visio homini, & obiecto, actio agenti, & effectui diversas denominationes tribuit, ita unio facit, ut materia materializet, & forma informet.

Assert. 3.4. Totum composite non distinguittur realiter ab omnibus partibus simul sumptis. P. Omnis distinctio realis est adæquata, vel inadæquata, neura datur inter totum, &

omnes

omnes partes : non adæquata , quia quævis pars est inadæquate totum , ergo nulla adæquata ab eo distinguitur , ergo multò minus omnes adæquatae distinguuntur . Neque datur inadæquata ; nam omnis distinctio inadæquata supponit adæquatam , quam quidem non habent ipsa membra inadæquatae distincta , sed aliquid aliud , quod in alterutro membro inadæquatae distinctionis continetur , & ab altero adæquatae distinguitur , sic anima inadæquata distinguitur ab homine , in quo adhuc aliud continetur nempe corpus , quod adæquatae ab anima distinguitur , ergo etiam , vel in toto continetur aliquid , adæquatae distinctum ab omnibus partibus , vel in omnibus partibus daretur aliquid , adæquatae distinctum à toto ? neutrum potest dici ; si enim aliquid in toto continetur , adæquatae distinctum ab omnibus partibus , illud vel esset pars totius , vel non ? si non , ergo non spectat ad essentiam totius , quæ consequenter si ne illo , & per solam simultatem partium habetur : si est pars , ergo non distinguitur adæquatae ab omnibus partibus , sed in iis includitur . Si verò in omnibus partibus daretur aliquid adæquatae distinctum à toto , illud esset pars , & non esset pars : esset , ut ponimus , quia includitur in omnibus partibus : non esset , quia adæquatae distinguitur à toto , cùm de ratione partis sit , esse inadæquatae totum , & solum inadæquatae distingui . Ex his infertur , modum totalitatis præter partes ad totum essentiale non requiri . P. Finis hujus modi esset , ut tollat indifferentiam partium ad constitendum totum , sed partes simul sumptæ non sunt indifferentes ; nam unio , quæ spectat ad partes , ex essentia sua est viaculum ex pluribus faciens unum per se , ergo si datur unio , partes jam sunt ad faciendum compositum determinatae , ergo modus totalitatis est superfluus . Conf . Ad totum per accidens aggregatum non requiritur modus totalitatis , ergo nec ad totum essentiale . Obſc. 1. Juxta Aristot. sex non sunt bistrata , & Syllaba ba non est b & a , sed aliquid aliud : item totum est aliud præter partes , ergo distinguitur à partibus . Resp. ad 1. Aristot. non loqui de numero numerato , sed numeraente sive de cognitionibus ; cognitio autem representans 6. unitates , constituentes numerum

rum scenarium, distinguitur à duabus aliis; quarum quævis unitates attingit. Per 2. voluit, præter b & a requiri aliquam coniunctionem, quod neque nos negamus. Ad 3. Resp. totum esse aliud præter partes ut quod, quibus proinde debet superaddi unio tanquam pars ut quo. Objic. 2. Totum est unum, partes sunt multæ, totum v. g. homo generatur, ambulat, videt, &c. corpus anima, & huius non generatur, non ambulat, non videt, &c. ergo de toto, & partibus verificantur contradictiones. Resp. totum esse unum in ratione compositi, & multa in ratione partium, quod etiam de partibus verum est. Item de omnibus partibus simul sumptis eodem modo verificatur sicut de hominē, quod generetur, ambulet, &c. Objic. 3. Causa adæquata distinguitur ab effectu, sed omnes partes simul sumptæ sunt causa adæquata, totum est effectus, ergo. P. m. causa adæquata est complexum ex omnibus causis inadæquatibus, sed omnes partes simul sunt complexum ex causis inadæquatibus. Resp. N. m. ad prob. D. M. est complexum ex omnibus causis inadæquatibus extrinsecis, C. M. ex omnibus intrinsecis, N. M. omnes autem partes sunt complexum ex causis inadæquatibus intrinsecis. Urget. Quivis effectus debet habere causam adæquatam, ergo etiam totum: atqui una vel altera pars non est causa adæquata, ergo omnes simul. Resp. D. A. extrinsecam, C. A. intrinsecam, N. A. & sub hac distinct. C. & N. C. causa intrinseca adæquata est impossibilis, quia omnes partes, quæ seorsim tanquam causa inadæquata se ipsas toti communificant, si simul sumuntur, cessant esse causa, & hunc ipse effectus: causæ vero extrinsecæ inadæquatæ communicant effectus distinctum, ergo, licet simul sumuntur, adhuc distinguuntur ab effectu, & possunt esse causa adæquata. Dices. Nulla pars seorsim potest constituere totum, ergo omnes simul constituunt, & sunt causa. Resp. D. A. seorsim h. e. separata, & non unita, C. A. nulla seorsim h. e. distributivè accepta, N. A. ergo omnes simul h. e. omnes unitæ, sumptæ tamen distributivè, C. C. omnes simul collectivè, N. C. Objic. 4. Omnes partes distributivè sunt causa totius, ergo etiam omnes collectivè. Resp. N. C. non enim valet

zalec h̄ic argumentatio à sensu distributivo ad collectivum, quia prædicatum esse causam totius, quod convenit singulis partibus, opponitur iisdem & tollitur, si partes simul sunt separantur. Dices : Materia & forma ut unitæ, sive simul, sive seorsim sumantur, sunt eadem partes, ergo sicut seorsim ita etiam simul sumptæ sunt causa totius. Resp. esse quidem secundum se eadem partes, modum tamen, quo prædicatum de iisdem ut distributivè, & ut collectivè sumptis affirmatur, esse notabiliter diversum; nam in sensu collectivo affirmatur unica identitas, in distributivo tot independentes affirmantur, quot sunt partes: unde de singulis partibus potest quidem per plures identitates affirmari, sed non causa totius, non potest verò id ipsum per unicam identitatem de omnibus simul affirmari.

Assert. 35. Causa efficiens est principium, unde physicè ac pri-
mo est motus, & quies. Quæ definitio omni, & soli causa efficiendi tam Increatæ, quam creatæ conveit. Particula unde denotat, hanc causam debere esse extrinsecam efficien-
tia, quem proinde non constituit. To physicè significat, eam esse causam Physicam. Hæc vocula primò indicat specialem quandam dignitatem, quam causa efficiens in ordine ad actionem p̄ alii causis eatenus habet, quatenus a-
ctio ab ea tanquam à causa magis perfectiva, ab aliis verò tanquam à magis perfectibilibus procedit: nam causa materialis extrinseca, quia actionem productivam effectus im-
mediate recipit, influit ut perfectibilis: similiter causa finalis causat, ut sit, & per actionem suam existentiam acci-
pit adeoque maximè perficitur. Per motum quævis actio
productiva, per quietem conservativa intelligitur. Objic. 1.
Solus Deus est principium, unde prima est motus & quies,
quia solus est causa 1., ergo definitio non convenit causa 2. Resp. N. A, quia etiam causa 2. influit ut perfectiva, nam
zque parum actionem recipit ac Deus. Objic. 2. Causa
instrumentalis non agit nisi ut mota à causa principali, er-
go à causa instrumentalí non est primo motus. Resp. N. C.
quia etiam causa instrumentalis, tametsi à principali de-
terminetur ad operandum, causat non ut perfectibilis, sed
ut perfectiva. Dividitur causa efficiens 1. In universalem,

Ex particularē : illa dicitur, cuius virtus se ad plures dividit, & speciei effectus producendos extendit, ut Deus, sol : illa est, quæ uniuersitatem, vel paucarum specierum effectus producere potest, ut ignis. In alio sensu causa particularis illa vocatur, quæ vi sui influxus specialem effectui perfectionem tribuit, &c., si omnes tribuit, ad æquata, si non omnes, inadæquata dicitur : universalis est, quæ nullam specialem effectui perfectionem tribuit, sed solum requiritum ad tollendam insufficientiam, quam habet causa creata, ut sola operari non possit, nisi Deus concurrat, qui solus est causa universalis.

2. In immanētem & transūtem: priore prodcuit effectum, vel in se, vel saltem in supposito; in dōmine ipsa est, reeprum, ut anima respectu suorum actuum. posteriore est, quæ prodcuit effectum in distincto supposito receptum, ut Sol respectu caloris in aëte producti. Dices. Causa immanens recipit effectum, & eius actionem, ergo concurrit ut perfectibilis. Resp. D. C. Causa immanens quæ talis, N. C. quæ talis, quia simul est causa materialis. C. C.

2. Dividitur in instrumentalem & principalem : Instrumentalis est, quæ subordinatur alteri concausæ creatæ vel Deo, supplenti vices causæ creatæ : principalis, quæ pon ita subordinatur ; illa porro causa alteri subordinari dicitur, cuius operatio in bonum alterius tanquam finis cui ordinatur, vel quæ non potest se ad operandum determinare, sed ab alia causa moveri, & determinari debet ; eo modo, quo experimur, manum nostram determinari & moveri, quando aliis eâ utitur, v. g. ad alterum percussiendum : tunc autem Deus vices causæ creatæ supplere dicitur, quando omnes dispositiones pro aliquo effectu dantur, & nulla causa creata, quæ proportionata esset, applicata est, uti contingit in productione insectorum, v. g. bisoni vermium, &c. ex materia patri, in quo casu Deus supplet vices causæ creatæ, & ad similiūm animalium productionem tanquam causâ particularis concurrit. Ex his Collig. 1. Deum in nullo casu esse causam instrumentalem. 2. Species intentionales, habitus, gratiam sanctificantem, & lumen gloriosum esse causas instrumentales, & animalia esse principalem respectu suorum actuum. 3. Accid-

dentia , si physicè ad productionem substantiæ concordant; esse causas instrumentales , & substantiam creatam producentem vel Duum , eius vicem supplem , esse causam principalem. 4. Angelum , si elevaretur ad creandum aliud Angelum , fore causam principalem ; econtra lapidem , v. g. si elevaretur ad producendam visionem , fore causam solum instrumentalem. 5. Instrumenta mechanica ; licet ab iis causa instrumentalis propter aliquam similitudinem suum nomen sorcire , non esse propriæ causas instrumentales respectu artefactorum , quia non influunt physicè in artefacta , quorum nimirum figura immediatè potius ab impulso , ab artifice instrumentis impresso , & non ab instrumentis causatur.

Assert. 3. Causa efficiens debet physicè & realiter existere , quando producitur effectus. P. 1. Causa pro instanti , quo producit effectum , agit , ergo debet habere virtutem agendi ; ergo existere , quia nihil seu rei non existentis nulla est virtus. 2. Causa , quando produceit effectum , dat ei existentiam ; ergo tunc debet habere existentiam , quia nemo datur , quod non habet. 3. Si causa potest agere pro instanti immediate suam destructionem sequente , potest etiam pro sequentibus ; immo per totam æternitatem : item potest homo post mortem sentire , velle , intelligere , peccare , adeoque damnari , postquam decessit in gratia ; quid enim obstat ? 4. Causa non potest agere pro instanti immediate suam productionem præcedente , ergo nec pro instanti immediate suam destructionem sequente , quia in hoc statu nunc tam parum habet , quam parum in illo. *Objic. 1.* Causa , immediatè autem existens , nunc saltem virtualiter existit , quod non habet nunc causa , immediatè post producenda , ergo inter hanc & illam non est paritas. *Resp.* hoc ipsum esse maximè controversum ; quid sit causam existere virtualiter. *Dices.* Nil aliud esse , quam manere adhuc causam secundùm suam virtutem operandi. *Resp.* id videlicet imperceptibile ; quomodo enim causa maneat secundùm suam virtutem , cuius virtus non datur ? atque virtus causæ destructæ , & quæ in se nihil est , nunc non datur. *Objic. 2.* Causa efficiens non debet esse in eodem loco

qua effectu, aliás penetratur, ergo nec eodem tempore ad sed sufficit, easq; effectui quoad tempus contiguam. Resp. N. C. licet enim non existat in eodem loco, habet tamen absolute existentiam, & virtutem operativam, quam non habet, si non existit eodem tempore. Objic. 3. Nec causa moralis, nec finalis debent physicè existere, quando producitur effectus, ergo nec causa efficiens. Resp. N. C. priores enim induunt tantum intentionaliter, movendo, potest autem aliquid, uti experimur, movere, licet physicè non existat: posterior econtra physicè influit, ergo debet physicè existere. Objic. 4. Sacraenta physicè causant gratiam, quando non amplius existunt, ergo etiam causa efficiens, quando non existit, potest producere effectum. Resp. Sacraenta vel solum moraliter causare, vel si physicè causant gratiam, sicut secundum ultimam sui partem existere tunc, quando gratia producitur, ut ex Theologia hic supponimus. Objic. 5. Res potest mutari, quando non existit, sic homo, quando moritur, mutatur & non existit, ergo etiam causa potest operari, quando non existit. Resp. N. A. & eius prob. nam quando homo moritur, non mutatur, sed corruptitur, & mutatur eius materia, quae à forma vivente ad formam cadavericam transit.

Affir. 37. Causa moralis potest esse tempore posterior, & tamen naturā prior ad effectum tempore priorem. Causa moralis, & finalis convenienter quidem, quod utraque causet movendo, differunt tamen, quod ista causet, ut sit, & suam existentiam dependenter ab effectu acquirat; illa vero causet, quae est, moveatque ut aliunde, & independenter ab effectu existens.
Affir. 1. Causa moralis, quæ jam extitit, potest ratione existentia præterita movere, & esse naturā prior ad effectum tempore posteriorem: sic v. g. actus meritorii mouet Deum ad conserendum justis præmium, ergo potest etiam causa moralis, quæ primū existet, ratione existentia futura movere, & esse naturā prior ad effectum tempore priorem. P. 2. Potest aliquid tempore posterius movere ad positionem effectus tempore prioris, & simul quoad suam existentiam esse independenter a positione effectus, sed illud aliquid esset prius naturā, & causa moralis ad effectum tem-

tempore priorem. P. M. Deus ex prævisa existentia futura alicuius hæresiarchæ, & periculo fidelibus imminentem, potest moveri, & Ecclesiæ hodie concedere insignem Donum, cuius doctrinæ hæresis subsecutura confutetur, & possumus hodie pro Petro, qui mihi, ut aliunde scio, erat esse collaturus beneficium, preces fundere: potest rusticus, unde unde sciens sequentis anni optimam pro messe facienda tempestatem, ab ea moveri, ut plus frumenti seminet: atque qui existentia hæresiarchæ, beneficium conferendum, & tempestas securita non movent ut causa finalis; non enim dependent ab eo, ad quod movent, sed independenter ab eo, darentur, ergo movent ut causa moralis. Objic. 1. Idem non potest simpliciter esse prius & posterius, ergo idem non potest esse prius naturæ, & posterius tempore. Resp. 1. videtur æque repugnare, idem esse simpliciter prius, & simpliciter simul, & tamen omnes concedunt, idem posse esse naturæ prius, & simul tempore. Resp. 2. D. A. in eodem genere C. A. in diverso, N. A. idem ergo est simplicitas prius sed naturæ, & simplicitas posterius tempore, quod non est absurdum. Objic. 2. Producit effectum est possumus extra suas causas, ergo quando effectus producitur, debent omnes eius causæ existere, quia imperceptibile est, aliquid posse, & egredi ex causa non existente: atqui quod est tempore posterius, non existit, ergo non est causa. Resp. 1. hoc totum solvendum esse in causa finali. Resp. 2. effectum propriæ solum egredi ex causis Physicis, quæ sola etiam in sua virtute concordant, unde D. C. debent omnes causæ Physicæ existere, C. C. omnes intentionales, subdiskutent debent existere intentionaliter, & C. C. physicae, N. C. eodem modo etiam reliqua distinguuntur. Objic. 3. Quod est prius naturæ, habet rationem medii ad effectum, sed quod est tempore posterius, non potest esse medium ad effectum tempore priorem: est enim inceptum, ponere primum media, quando effectus iam est positus. Resp. esse duplices generis media, aliqua quoad executionem debent præcedere, & ab agente ordinantur ad consecutionem finis, ut ambulatio ad sanitatem; alia vero habent se præcisè ut motivum, aliunde & independentes ab effectu prævisum:

visam: de illis, quæ passim physicè influunt, verum est, quod vult obiect. non de istis, quæ solùm intentionaliter movent, & postulnent effectum quoad existentiam præcedere, vel etiam sequi, uti causa moralis. Objic. 4. Nulla causa propagat se retrorsum, sed omnes agunt in futurum, ergo causa moralis non potest esse tempore posterior, aliàs propagaret se retrorsum, & ageret in præteritum. Resp. 2. D. A. nulla causa physicè influens, C. A. intentionaliter movens, N. A. exemplum habetur in causa finali. Resp. 2. N. C. & eius prob. nam causa se retrorsum propagat, si alio quid producit, & ipsa non existit, sicut debet existere: atque qui causa moralis debet existere solùm intentionaliter, & ita existit, quando producitur effectus. Objic. 5. Ex assert. sequitur mutua prioritas, nam si Petro, de quo scio, quod eras in mei gratiam sit Monachium, v. g. profecturus, equum do ad iter conficiendum, profectio est prior naturâ ad dationem equi, & datio equi est prior naturâ ad profectionem. Resp. N. seq. & dico, id, quod tanquam tempore posterius movet, nempe profectionem non habere prioritatem naturæ respectu dationis equi, quia non ailiunde, sed à datione equi dependet: in hoc proinde casu non procedit assertio nostra.

Assert. 3. In rebus creatis datur virtus verè aliquid efficiendi, & conservandi, non tamen creandi. P. 1. pars: 1. ex Script. Gen. 1. Protulit terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum. Luc. 21. Videte fculneas, & omnes arbores, cum jam producant ex se fructum. 2. Ex perimur, nos mouere pedes, & brachia, videre, velle, &c. 3. Homo metetur, & demeretur, fit laude, vel virtute dignus, ergo aliquid operatur. 4. Blasphemia, & alii actus intrinsecè mali non possunt procedere à solo Deo, ergo habent causam creatam. 5. Ad præsentiam ignis producitur ignis, ad præsentiam caloris calor, ergo ignis, & calor producunt alium, aliàs si solus Deus omnia producet, non esset ratio, cur non ad præsentiam caloris frigus, vel ad præsentiam albedinis albedo producatur. P. 2. pars: 1. Res creatæ habent virtutem, aliquid primò efficiendi, ergo & conservandi, nam virtus conservativa non est maior quam

quām effectiva. 2. Essentia conservant suas proprietates, quibus nimicrum sufficienter proportionatae sunt. & applicatæ. 3. Longè conformius est Providentiæ Divinæ, si non omnia solus, sed aliqua per causas 2. conservat. P. 3. pars: 1. SS. PP. contra Arium probant, Christum esse Deum, eò quòd habeat virtutem creandi, ergo hæc virtus non competit creaturæ. 2. Creatio est 1. actio, dans termino primum initium essendi, econtra generatio non dat primum initium essendi, sed supponit subiectum, in quo terminus generabilis continetur, & suum initium essendi jam aliquo modo habet: atqui 1. actio, dans primum initium essendi, videtur debere esse propria soli causæ 1., ergo hæc sola potest creare. Objic. 1. Deus *omnia in omnibus operatur.* 1. Cor. 13. ergo creatura nihil operatur. Resp. D. C. tanquam causa adæquata, cum qua Deus non concurrat, C. C. tanquam causa inadæquata, N. C. Objic. 2. Inter esse, & non esse datur infinita distantia, ergo creatura non habet virtutem, aliquid transferendi à non esse ad esse. P. C. ad superandam infinitam distantiam requiritur virtus infinita, quæ non competit creaturæ. Resp. D. C. non habet virtutem adæquatam, C. C. inadæquata; N. C. cùm ergo Deus etiam ad omnes effectus immedicè concurrat, semper adest virtus infinita, insufficiëtiæ virtutis creatæ supplens. Objic. 3. Deus ad omnes effectus concurrit, ergo virtus creata est superflua, alias concursus Dei est insufficiens. Resp. N. C. & dico, concursum Dei, suas vires attemperantis, se solo in actu 2. esse insufficientem. Objic. 4. Perfectius est, & Deus gloriösius se solo effectum, quām in consortio alterius producere. Resp. sicut perfectioni, & gloriæ divinæ nihil decedit, quòd in existendo, ita nihil decedit, quòd etiam in operando consortium creaturarum admittat, cùm neutrum ex indigentia Dei, sed utrumque proveniat ex abundantia Divinæ Perfectioñis, & liberalitatis, tam existentiam creaturæ; quām virtutem operandi libertè tribuentis. Objic. 5. Omnes creaturæ essentialiter à solo Deus dependent, ergo nulla potest simul dependere à causa 2. Resp. T. A. N. C. quia aliud est dependere, & aliud essentialiter dependere, unde

unde licet omnes creaturæ essentialiter à Deo dependeant, possunt tamen aliquæ, vel contingenter, si sunt absolutæ, vel quædam modales etiam essentialiter simul à causis dependere.

Assert. 39. DEUS immediate ad omnes effectus creaturarum concurrit, & omnia immediate conservat. P. 1. pars: 1. ex Script. Isa. 26. Domine omnia opera operatus es. Joan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. &c. 5. Pater meus usque modo operatur, & ego operor. P. 2. Spectat ad supremam potentiam, saltem scilicet posse extendere ad omnem effectum, ut ad nullum virtute adæquatè distinctâ indigeat; at negato immediato concurso, Deus hoc non potest; nam ad actionem, quæ non à Deo simul, sed à sola creatura procederet, & consequenter hanc solam essentialiter respiceret, non posset se extendere, sed virtute adæquatè distinctâ illius creaturæ indigeret. 3. Negato immediato concurso Deus non possetquamvis creaturam immediate, sed solum mediata, & per hoc destruere, quod vel destruat causam productivam creaturæ, vel aliquid cum ipsa incompossibile producat: at qui spectat ad perfectissimum Dei dominium, ita omnes creaturas sibi subiectas habere, ut quamlibet immediatae pro libitu possit destruere. P. 2. pars: 1. ex SS. Litt. Sap. 11. Quomodo posset aliquid permanere, nisi tu voluisses, & tant quomodo, quod à te vocatum non esset, conservaretur? Assert. 17. In ipso vivimus, movemur & sumus. P. 2. Conservatio oī aliud est, quam continuata productio, ergo sicut Deus per suum immediatum concursum omnia producit, ita omnia conservat. 3. Deus debet posse quovis momento quodlibet ens immediatae destruere, sed hoc faceret subterfendo solum concursum ad conservationem entis necessarium, ergo debet immediatae ad conservationem entis concurrere. Objic. 1. contra 1. part. Dederet Deus, ut ad vilissimas actiones abiecere, sicut regem, qui ministria suorum mediastinorum obiret. Resp. regem similes actiones ideo dederet, quia abiis, vel fortes, & maculas contraheret, vel in aliis negotiis regiis impeditetur, in Deo neutrius est periculum. Objic. 2. Si Deus concurrit ad comedionem dormitionem, &c. potest etiam denominari come-

comedens, dormiens, &c. sicut homo. Resp. ideo hominem ita denominari, quia hæc actiones non solum physicae ab eo procedunt, sed etiam in eodem tanquam principio vitali recipiuntur, quod Deo non convenit. Objic. 3. Si Deus in omnes, tunc etiam in peccaminosas actiones induxit, ergo est causa peccati. Resp. 1. C. A. N. C. quia propriè solum ille dicitur causa peccati, qui ad illud cum inclinatione, & libera determinatione concurrevit. Deus autem indifferenter, & cum displicentia influit. Resp. 2. D. C. est causa physica, T. C. moralis, N. C. Objic. 4. Deus cum causa 1. vel concurrit per eandem, vel per diversam actionem? Resp. concurrite per eandem, quia nulla est necessitas distinguendi actiones. Dices. Ergo eadem actio est immanens, & transiens, concursus universalis, & particularis. Resp. esse, sed respectu diversorum principiorum; nam respectu cause 2. est immanens, & concursus particularis, respectu Dei transiens, & concursus universalis. Objic. 5. contra 2. part. Causæ creatæ faciunt talia prefacta, quæ deinde scipis subsistunt, nec indigent ab artifice conservari, ergo similia opera etiam facit Deus, qui non est maioris virtutis. Resp. N. C. nam quod in A. dicitur, provent ex imperfectione artificis, qui, cum sit limitata virtutis, si semper deberet occupari in conservando opere à se facto, nova deinceps producere non posset; unde ipse maximum tardium ac damnum, & Republica non minus incommodum pataretur; quod non habet locum in Deo, cuius perfectio magis manifestatur, si ei non solum prima rerum productio, sed etiam conservatio adscribi debet.

Affert. 40. Causæ efficiens adæquata debet formaliter præconitione omnem perfectionem simpliciter simplicem; hec tamen sola præconinentia ad virtutem causæ efficiens non sufficit. Perfectionis alia est simpliciter simplex, alia mixta: illa dicitur esse melior ipsa, omni non ipsa, b. e. tale prædicatum, quod habere melius est, quam habere quodvis oppositum, v. g. esse intellectivum: ista est, quæ non est melior ipsa, omni non ipsa, b. e. tale prædicatum, quod habere non est simplicitate melius, quam habere quodvis oppositum, v. g. esse sensibilem;

qum : unde perfectio mixta imperfectionem scil. carensiam maioris perfectionis includit. Porro perfectio, vel praedicatum potest dupliciter in altero contineri, *formaliter*, vel *eminenter*: formaliter continetur, quod sub eodem nomine, & conceptu de altero praedicari potest: eminenter continetur, quod alteri non quidem sub eodem conceptu, sed in gradu longe excellentiori inest: si homo alium hominem formaliter, praedicata bruti eminenter continet. Certum nunc est 1. perfectiones mixtas non debere in causa formaliter, sed sufficit eminenter contineri, Deus enim est causa omnium creaturarum, quarum tamen perfectiones mixtas formaliter non continet. 2. Causam particularem inadæquatam non debere continere omnem perfectionem effectus; nam quia est solum inadæquata, habet sibi adiunctam aliam inadæquatam, à qua, si est necessariò requirita, effectus specialem perfectionem accipit, quæ perfectio, quia ab altera causa inadæquata non communicaatur, in eadem etiam non contineri debet. Dices. Causa inadæquata dat omnes perfectiones effectui, ergo debet continere omnes. P. A. perfectiones inter se identificantur, ergo si dat unam, dat omnes. Resp. D. A. dat inadæquate, C. A. adæquate, N. A. & dico, causam inadæquitam omnes perfectiones effectus in sensu reali, sed solum inadæquate & imperfectè continere, sicut homo bruto secundum omnia praedicata, sed solum imperfectè similis est. Loquendo autem de causa adæquata. P. 1. pars: Assert. Nemo potest dare, quod non habet, sed causa adæquata dare effectui omnem perfectionem simpliciter simplicem, ergo debet omnem continere: atqui non continet eminenter, ergo formaliter. P. subsumpt. Perfectio simplicitet simplex est melior omni non ipsâ, ergo non habet praedicatum oppositum melius, ergo non potest in meliori, ergo nec eminenter contineri. P. 2. pars: Unus Angelus superior, vel formaliter, vel eminenter continet perfectiones inferioris, homo perfectiones bruti, brutum perfectiones plantæ, planta perfectiones lapidis, nec tamen Angelus Angelum, homo brutum, brutum plantam, planta lapidem producere potest, ergo præcontinentia perfectionum ad virtutem capi-

Ex efficientis non sufficit: immo censemus non posse dari una diversalem, & communem regulam, ex qua colligatur, unum ens habere virtutem efficiendi alterum, sed debet hoc ab experientia, vel aliis circumstantiis à posteriori desumti. Dices: Dantur effectus, qui sunt perfectiores sua causa adæquata, ergo hæc non debet omnes perfectiones effectus præcontingere. P. A. Ex materia priuata nascuntur vermes, ex vestibus tineæ, &c. quorum effectuum causa adæquata est sol, calor & humiditas, atqui hi effectus, quia sunt viventes, superant in perfectione causam adæquatam. Resp. N. A. & dico, ad hos effectus etiam Deum, ut causam particularem concurret, & effectum causæ creatae, quæ proportionata esset, supplete.

Assert. 4.1. Causalitas in actu 2. cause efficientis est actio, quæ distinguitur à causa & effectu, item à Decreto DEI, & tuto actu 1. proximo, estque entitas modalis. P. 1. Pars: Causalitas in actu 2. est id, per quod causa actu ponit effectum, sed causa efficientis ponit effectum per actionem, quæ est actualis influxus causæ in effectum, vel formalis dependentia huius effectus ab hac causa. P. 2. pars: Actio est separabilis à causa, & effectu, quia dantur effectus indifferentes, ut procedant ab hac, vel illa causa: sic igitur indifferens est, ut ab hoc vel alio igne, lux ut à sole vel solo Dæo producatur, ergo potest dari causa & effectus, quin tamen hæc causa in hunc effectum influat, vel hic effectus ab hac causa dependeat, ergo actualis influxus, vel formalis dependentia est separabilis à causa, & effectu indifferente, de quo solo assertio loquitur. P. 3. pars: Actio creaturæ est exercitium Physicum, est temporalis, simili naturâ cum effectu, cadit sub experientiam: nihil simile convenit decreto. Heinde non potest explicari obiectum decreti, volentis effectum dependere ab hac causa, nisi dicatur, velle actionem distinctam. P. 4. pars: 1. Posito tuto actu 1. proximo (quatenus præcedit decretum) causa libera potest agere vel non, necessaria vero potest saltem divinitus impediiri ab agendo, ergo utriusque causæ actio distinguitur ab actu 1. proximo. 2. Actus 1. proximus est prior naturâ ad effectum, actio non est prior. 3. Quidquid datur

in actu 1. vel est causa , vel conditio , vel dispositio , vel adhuc requisitum ad positionem effectus , sed quod est requisitum ad hanc positionem , non est ipsa positio adeoque nec actio . P. 5. pars : Actio à natura unicè intenditur , ut tollat indifferentiam inter causam , & effectum , ergo est pura , & actualis determinatio rei indifferenteris , ergo modus . Objic . 1. contra 2. part . Actio etiam est indifferens , ut producatur , vel non producatur ab hac causa ; potuisset enim omnino non , vel alia loco huius produci , neque tamen producitur per distinctam actionem , ergo etiam effectus , licet indifferens sit , non debet per distinctam actionem produci . Resp . D. A. est indifferens indifferentia logica , C. A. indifferentia physica , N. A. & D. C. si effectus esset tantum logicè indifferens , C. C. si est physice indifferens , N. C. indifferentia logica est , quam habet res , ut absolutè producatur , vel non producatur , hæc etiam actioni , & cuivis creaturæ convenit , non tamen debet tolli per aliquid à re indifferente distinctum , supposita saltem inter essentiam , & existentiam identitate : indifferentia Physica est , quam res etiam habet , ut ab hac , vel alia causa producatur , hæc indifferentia effectui , non vero actioni , convenit , debetq; per aliquid distinctum tolli . Objic . 2. Null⁹ effect⁹ est indifferens , ut procedat à Deo , ergo saltem à Deo non producitur per actionē distinctā . Resp . D. A. ut simpliciter procedat à Deo , C. A. ut procedat à Deo solo , vel influente simul cum creatura , N. A. & C. Dices . Effectus , qui creantur , v. g. Angelus , anima debent à solo Deo , & non possunt produci à causa 2. , ergo saltem isti non indigent actionē distinctā . Resp . D. A. non possunt produci à causa 2. de potentia ordinaria , & naturali , C. A. de absoluta , & obedientiali , N. A. & C. Objic . 3. Spectat ad omnipotentiam Dei , posse facere se sola , quidquid facit cum causa 2. , ergo etiam actio causæ 2. est indifferens , ut à Deo solo , vel à Deo , & causa 2. procedat , ergo debet per aliam actionem produci . Resp . D. A. nisi aliquid sit actualis influxus , essentialiter causam 2. respiciens , C. A. si sit talis influxus , N. A. & utramque C. Objic . 4. contra 3. part . Juxta SS. PP. velle Dei est operatio Dei , ergo operatio Dei , sive actio , est eius decretum . Resp .

Resp. N. C. quia SS. PP. hoc modo loquendi solum efficaciam Divinæ voluntatis, adeoque necessariam connexiōnem, non verò identitatem inter decretum, & actionem volunt significare. Objic. 5. Quævis creatura per seipsum dependet à Dño, ergo dependentia ista cum quavis identificatur: atqui dependentia est actio. Resp. D. A. dependet radicaliter, quatenus exigit à Dño, vel ut causa totali, vel partiali produci, C. A. dependet formaliter, N. A. & D. C. dependentia radicalis, C. C. formalis, N. C. Objic. 6. contra 4. part. Positis dispositionibus, & negatione miraculi, totoque actu 1. proximo tollitur omnis indifferētia effectus ad causam, & implicat, non ponit actionem, ergo in his consistit actio. Resp. D. A. tollitur radicaliter, C. A. formaliter, N. A. item, implicat non ponit actionem distinctam, T. A. identificaram, N. A. & C.

Assert. 42. *Actio realiter identificatur compassione.* Actuallis positio effectus, prout ab agente procedit, dicitur *actio*, & prout terminatur in passo, sive subiecto, vocatur *passio* & unde *passio*, & passum propriè solum dantur, quando effectus generatur, & ita educitur ex subiecto, ut in eodem etiam sustentetur. De actione proinde generativa procedit assertio, & P. 1. Juxta Aristot. *actio* & *passio* habent se sicut via Athenis Thebas, & via Thebis Athenas, sed hæc via realiter est eadem. 2. *Passio* est influxus terminatus in subiecto sustentante, & *actio* influxus procedens ab agente, sed repugnat, influxum terminari in subiecto, & non procedere ab agente, quod influit, ergo est idem influxus. 3. Si *actio* generativa distinguitur à *passione*, vel sustentatur ab aliquo subiecto, vel non? si sustentatur, ergo denominat subiectum patiens, & est *passio*: si non, ergo est *creatio*, adeoque inter generationem, & creationem non datur discrimen, & competit creaturæ vis creandi. 4. Nulla est necessitas distinguendi actionem à *passione*, sed eadem *actio* potest causam agentem, effectum productum, & subiectum sustentans denominare. Objic. 1. In Divinis Generatio activa, & passiva distinguuntur, ergo etiam *actio*, & *passio* in creatis. Resp. N. C. nam in Divinis Generatione activa, & passiva identificantur cum distinctis, illa

nimirum cum Patre ex essentia generante hunc Filium, ista cum Filio ex essentia generato ab hoc Patre: quod non habet locum in creatis de actione, & passione. Objic. 2. Actio & passio constituunt diversa prædicamenta, ergo distinguuntur. Resp. D. C. realiter, N. C. ratione & formaliter, quatenus possunt concipi in ordine ad agens, & passum, quæ sœpe realiter distinguuntur, C. C. Objic. 3. Si actio distinguitur à passione, vel recipitur in termino, vel in agente, vel in subjecto sustentante? Resp. actionem transeuntem, quæ nim. ponit effectum ad extra, & in supposito distincto ab agente, nunquam recipi in ipso agente, sed vel in solo termino si est actio creativa, vel etiam in passo, seu subiecto sustentante si est generativa. P. Actio, eadem sit operatio, & communicatio perfectionum, convenientius ibi est, ubi agens operatur, & cui communicat perfectiones: sed per actionem transeuntem, si est creativa, agens operatur ibi, ubi est terminus, vel insuper in subjecto sustentante, si est generativa, termino autem semper suas perfectiones communicat, ergo actio generativa in subjecto, & termino, creativa in solo termino, neutra recipitur in agente, quia agens in seipso per actionem transeuntem non operatur. Dices 1. ergo passum denominatur agens, quia recipit actionem. Resp. N. illat. quia ad hoc requiritur, ut sit principium effectivum actionis. 2. Actio est perfectio agentis, & procedit ab agente, ergo in eo continetur, & est intrinseca. Resp. 1. D. A. actio immanens, C. A. transitens, subdicit. est perfectio extrinseca, C. A. intrinseca, N. A. Resp. 2. D. C. in eodem continetur virtualiter, & in potentia, C. C. actu, N. C. alias quævis actio deberet in D. o recipi. 3. Actio est determinatio agentis, ergo est eidem intrinseca, sicut propterea ubicatio inest rei ubicatae. Resp. D. C. si etiam perfectionem agenti communicat sicut ubicatio rei ubicatae, C. C. si nullam communicat, N. C. 4. Forma debet inesse illi, cui tribuit denominationem, sed actio tribuit denominationem agenti. Resp. N. M. alias non daretur denominatio extinseca.

Affert. 43. *Actio in distans non potest dari naturaliter, potest supernaturaliter.* Actio in distans est, quando agens neque in

In se neque per suam virtutem, in medio propagatam, passo applicatur. P. 1. pars : 1. Experimur, solēm non illuminare cubiculum obductis valuis, nec ignem accendere stupam, si corpus aliquod frigidum interiaceat, & universim causam non agere in passum, si nil in spatio intermedio potest producere. 2. Admissa actione in distans sequentur maxima Universi perturbatio ; nam nechomo ab animalibus nocivis, aut aliis agentibus inimicis, v. g. calore, frigore, &c. nec ullum aliud ens uspiam esset securum ab agente fortiore, à quo etiam se nullo obstaculo, aut latenter tueri posset, quod haud dubitè magnam perturbationem induceret, ergo sicut natura hanc perturbationem, ita actionem in distans vitare debuit. Cont. Natura dedit enītibus virtutem locomotivam, ut à corporibus sibi noxiis fugiant, & amicis se conjungant, sed hæc virtus esset superflua, quia possent corpora noxia ubique nocere, & amica quocunque suas qualitates transmittere. P. 2. pars : 1. Nulla apparet repugnantia actionis in distans, ergo possibilis est. 2. Sufficit causam creatam applicari per aliquam concausam, ergo sufficit etiam applicari per ipsum Deum, supplementem speciali suo concursu defectum alterius concausæ : atqui hac ratione potest ubique applicari, & ageret aliquo modo in distans. Objic. 1. contra 1. part. Aqua in lebete ad ignem posita citius calidit' in superficie, quam in fundo. Vermis læsus in capite contrahit caudam. Phantasia residens in cerebro solet movere appetitum, qui datur in corde, ergo datur actio in distans. Resp. N. C. Ad 1: dico, initio semper aquam fundo viciniorēm calificari, particulas tamen calidiores ex inferiore in superiorem locum ascendere, ut propriea inferiores partes sumi frigus aliquantum retineant, & superiores ob concutitum particularum calidaruū notabilius incalescant. Ad 2. ad jo, id provenire ex sympathia ; quam habent partes animæ vermis, ut dolente una etiam cæteræ dolorem sentiant. Idipsum dico ad 3. si animalia sunt divisibiles ; si vero inest divisibiles, urin homine, facile est, eandem animam, in cerebro ab actu phantasia determinavam, producere actum appetitus in corde, si tamen hæc potentia in corde, & non

nimirum cum Patre ex essentia generante hunc Filium, ista cum Filio ex essentia generato ab hoc Patre: quod non habet locum in creatis de actione, & passione. Objic. 2. Actio & passio constituunt diversa prædicamenta, ergo distinguuntur. Resp. D. C. realiter, N. C. ratione & formaliter, quatenus possunt concipi in ordine ad agens, & passum, quæ sœpe realiter distinguuntur, C. C. Objic. 3. Si actio distinguitur à passione, vel recipitur in termino, vel in agente, vel in subjecto sustentante? Resp. actionem transiuntem, quæ nim. ponit effectum ad extra, & in supposito distincto ab agente, nunquam recipi in ipso agente, sed vel in solo termino si est actio creativa, vel etiam in passo, seu subjecto sustentante si est generativa. P. Actio, cum sit operatio, & communicatio perfectionum, convenientiā ibi est, ubi agens operatur, & cui communicat perfectiones: sed per actionem transiuntem, si est creativa, agens operatur ibi, ubi est terminus, vel insuper in subjecto sustentante, si est generativa, termino autē semper suas perfectiones communicat, ergo actio generativa in subjecto, & termino, creativa in solo termino, neutra recipitur in agente, quia agens in seipso per actionē transiuntem non operatur. Dices 1. ergo passum denominatur agens, quia recipit actionem. Resp. N. illat. quia ad hoc requiritur, ut sit principium effectivum actionis. 2. Actio est perfectio agentis, & procedit ab agente, ergo in eo continetur, & est intrinseca. Resp. 1. D. A. actio immanens, C. A. transiens, subdist. est perfectio extrinseca, C. A. intrinseca, N. A. Resp. 2. D. C. in eodem continetur virtualiter, & in potentia, C. C. actu, N. C. alias quævis actio deberet in D. o recipi. 3. Actio est determinatio agentis, ergo est eidem intrinseca, sicut propterea ubicatio inest rei ubicatæ. Resp. D. C. si etiam perfectionem agenti communicat sicut ubicatio rei ubicata, C. C. si nullam communicat, N. C. 4. Forma debet inesse illi, cui tribuit denominationem, sed actio tribuit denominationem agenti. Resp. N. M. alias non daretur denominatio extinseca.

Affert. 43. *Actio in distans non potest dari naturaliter, potest supernaturatiter.* Actio in distans est, quando agens neque in

in se neque per suam virtutem, in medio propagatam, passo applicatur. P. 1. pars : 1. Experimur, solēm non illuminare cubiculum obductis valvis, nec ignem accendere stupam, & corpus aliquod frigidum interiaceat, & universum causam non agere in passum, si nūl in spatio intermedio potest producere. 2. Admissa actione in distans sequentur maxima Universi perturbatio ; nam nec homo ab animalibus nocivis, aut aliis agentibus inimicis, v. g. calore, frigore, &c. nec uslum aliud ens uspiam esset securum ab agente fortiore, à quo etiam se nullo obstaculo, aut latenter tueri posset, quod haud dubie magnam perturbationem induceret, ergo sicut natura hanc perturbationem, ita actionem in distans vitare debuit. Cont. Natura dedit entibus virtutem locomotivam, ut à corporibus sibi noxiis fugiant, & amicis se conjungant, sed hæc virtus esset superflua, quia possent corpora noxia ubique nocere, & amica quocunque suas qualitates transmittere. P. 2. pars : 1. Nulla apparet repugnantia actionis in distans, ergo possibilis est. 2. Sufficit causam creatam applicari per aliquam concusam, ergo sufficit etiam applicari per ipsum Deum, supplementum speciali suo concurrere defectum alterius concusae : atqui hac ratione potest ubique applicari, & ageret aliquo modo in distans. Objic. i. contra 1. part. Aqua in lebere ad ignem posita citius calent in superficie, quam in fundo. Vermis lœsus in capite contrahit caudam. Phantasia residens in cerebro solet movere appetitum, qui datur in corde, ergo datur actio in distans. Resp. N. C. Ad 1. dico, initio semper aquam fundo viciniorem calcificari, particulas tamen calidiores ex inferiore in superiore locum ascendere, ut propriea inferiores partes sint frigus aliquantum retineant, & superiores ob concursum particularum calidiorum notabiliter incalescant. Ad 2. ajo, id provenire ex sympathia ; quam habent partes animales vermis, ut dolente una etiam cæteræ dolores sentiantur. Id ipsum dico ad 3. si animalia sunt divisibiles ; si verdi sunt divisibiles, ut in homine, facile est, eandem animam, in cærebro ab actu phantasia determinatam, producere actuum appetitus in corde, si tamen hæc potentia in corde, & non

etiam in cerebro residet. Possent adhuc plures experientias objici, quibus actio in distans evinci videtur: verum si penitus examinentur, vel sunt fabulosæ, vel magicæ, vel supernaturales, vel debent refundi in rerum sympathiam, & antipathiam, vel possunt per qualitates occultas, quas agentia emittunt, explicari. Objic. 2. contra 2. part. Causa nec divinitus potest agere, nisi sit applicata in tempore, ergo etiam si non est applicata in loco. Resp. 1. inde probari, quod causa debeat esse cum passo penetrata. Resp. 2. N. C. nam causa ut possit agere, debet existere juxta Assert. 36., & si agit, ponendo actionem, debet hanc passum recipere: atqui potest recipere, licet in eo loco non sit, ubi est causa; non verò potest, si actio non pro eodem tempore à causa ponatur, ergo debet causa necessariò coexistere, passo quoad tempus, non verò quoad locum. Objic. 3. Virtus non applicata est, quasi non esset, sed virtus, quæ non est, non potest agere, ergo. Resp. D. M. virtus nec per se, nec per concausam applicata, C. M. virtus tantum per se non applicata, attamen per concausam, N. M. Objic. 4. Causa ut agat, debet proximè posse agere, sed proximè potens agere constituitur per applicationem. Resp. D. m. per applicationem, vel in se, vel in sua concausa, C. m. semper in se. N. mi. & C.

Assert. 44. Non solum causa creata, sed etiam Deus determinat, & essentialiter respicit omnes effectus possibles. P. 1. Causam creatam, vel Deum respicere effectus possibles, est ita cum iis connecti, ut unico implicante etiam Deus, vel causa creata implicaret, sed ita connectitur Deus, vel causa creata; nam si implicaret unus effectus, etiam virtus, & potentia illius productiva implicaret, quia ad impossibile non datur potentia, sed haec potentia identificatur cum causa, ergo implicaret aliquid prædicatum identifica-

Cum causa, ergo etiam causa. 2. Causa habet & qualēm potentiam ad omnes effectus ejusdem speciei, ergo si repugnaret potentia productiva unius individui, etiam potentia ad omnia individua repugnaret: atqui si unum individuum repugnat, etiam potentia ad illud repugnat, ergo repugnat ad omnia: atqui in hac potentia constitutæ essen-

tia

tia causa, ergo etiam hæc essentia repugnaret. 3. Implicante creatura Deus non posset ei suas perfectiones communicare, sed hæc communicabilitas est cum Dño identificata, & implicaret, ergo etiam Deus implicaret. 4. Deus in sua Essentia perfectissimè cognoscit omnia possibilia, & impossibilia, ergo Essentia Dei determinatè connectitur cum quavis re possibili, & impossibili, sicut cognitio cum suo objecto: atqui hæc Essentia periret, si creatura possibilis fieret impossibilis, vel viceversa, sicut cognitio i. o. homines representans periret, unico dempto. Et his inferimus: quamlibet etiam creaturam cum altera quoad possibilitatem essentialiter connecti, ita ut unâ implicante etiam altera imò omnes creature implicitarent, quia unicâ creaturâ implicante etiam Deus implicaret, quo implicante omnia implicitant. Objic. 1. Deus non connectitur cum creaturâ actu existente, ergo nec cum possibili. Resp. D. C. ne cum possibili actuata, C. C. nec cum possibili non actuata, N. C. Objic. 2. Deus est ens summè absolutum, & sibi sufficiens, ergo non dependet à creatura. Resp. D. A. in existendo, C. A. quoad possibilitatem, N. A. & C. Objic. 3. Dependentia & connexio Dei cum creatura possibili arguit imperfectionem, ergo non datur in Dño. Resp. N. A. arguit enim potius perfectionem, quia non provenit ex aliqua insufficientia, sed fundatur in infinita abundantia Bonitatis, de cuius essentia est, posse se coincommunicare, quæ vis communicativa ut maneat, debent creature necessariò esse possibles. Objic. 4. Deus est possibilitas omnium rerum, ergo si respicit effectus possibles, scipsum respicit, quod est absurdum. Resp. D. A. extrinseca, C. A. intrinseca, N. A. & C. Deus cum hac, non cum illa connectitur. Objic. 5. Possibilitas intrinseca rerum est nihil, ergo Deus connectetur cum nihilo. Resp. D. A. est-nihil physicè & absolute, C. A. logicè & conditionatè, N. A. deinde etiam connexio ista non est propria & talis, qualis datur inter causam & effectum actu existentes, sed solùm est impræpria, vi ea usus implicante creatura, quæ defacto possibilis est, etiam Deus implicaret. Objic. 6. Licet musca, v. g. implicaret, posset Deus adhuc producere, quidquid,

non implicat, ergo adhuc maneret omnipotens, & omnia
bus effectibus possibilibus communicabilis. Resp. D. C.
maneret omnipotens omnipotentiam tali, qualem defacto
habet, N. C. omnipotentiam fictam, & chimeraicam, qualem
non potest habere, C. C. Dices. Ergo musca est aequi-
nitatis sicut Deus. Resp. quoad existentiam, N. quoad
possibilitatem, T. Deus enim, quia est fundamentum, &
radix, cur creaturæ possibles sint, saltem fundamentali-
ter, & radicaliter est ens etiam quoad possibilitatem magis
necessarium.

Affert: q. f. In rebus creatis probabilitas datur potentia obedi-
entialis universali. ut cujus quodvis ens a DEO elevari posset ad pro-
ducendum qualibet, nisi specie repugnans obstat, ut obstat e
t. g. in productione sui ipius, vel actionum, quae essentia-
liter alias causas resipiunt. P. i. Deus actu elevavit que-
dam entia ad producendos effectus indebitos, ergo potest
elevare. P. A. Elizatus sale aquas dulcoravit, 4. Reg. 24
Idem conjecto in aquas lignorum velut magnote usus est, & se-
curum in flumen delapsam attraxit. 4. Reg. 6. Christus lu-
to oculos emi liniens visum restituit, Joan. 9. Piscina pro-
batica sanabat quamcunque infirmitatem, Joan. 5. qui ef-
fectus non a solo Deo ad presentiam harum rerum operan-
te producti sunt, ne instar magi illusisse plebi videretur,
sed sal, lignum, luteum, aqua verè, & physicè concurverent,
et a Deo in eum finem assumpti sunt, ut ostendat magnitu-
dinem potentiae, qua effectus quosvis mirabiles per qua-
cunque res omni virtute destitutes immo effectibus prorsus
contrarias possit producere. 2. Quavis res ad quamcon-
que aliam habet virtutem inchoatam, ergo juxta Adversi
potest elevari. P. A. Virtus inchoata est proportio, vel
inter effectum & causam, vel inter effectum naturalitorum de-
bitum & indubitem, sed talem proportionem habet quavis
res creata cum alia, quia omnes convenient in praedictis
Entis, substantia, vel accidentis, &c. Iacq; potest certus huius con-
venientiae gradus, qui ab Adversi, requiritur, determinasti;
Conf. Major datur proportio inter ens naturale, & naturale,
quam inter naturale & supernaturale; illasque sunt in eon-
dem, ista in diverso ordine entium; atque ens naturale ha-
bet

bet sufficientem proportionem ad producendum supernaturale, ut patet in anima respectu actuam supernaturalitatem; ergo etiam eius naturale est sufficienter proportionatum ad quodvis naturale; cur ergo non sit etiam proportionatum ad quodvis supernaturale? si enim homo habet proportionem ad entia supernaturalia, cur non etiam altere res; eant bona causa naturalis non habeat maiorem proportionem, quam altera ad effectus supernaturales? 3. Causa naturalis potest aliam ignobiliorum elevare, & cum ea concretae ad effectum ignobilitati indebitum: sic accidentia elevantur a substantia ad producendam aliam, species visibilis a potentia visiva ad actum vitalem, phantasmatum materialia ab intellectu ad producendam speciem intelligibilem: & universum, quo instrumentum conjungitur causa principaliter perfectiori, eò plus potest, ergo etiam Deus potest res creatas elevare ad effectus indebitos, & quidem aë omnes etiam supernaturales; res enim creatæ, cum per elevationem conjugantur D 2 o, qui omnia potest, etiam omnia poterunt. 4. Potentia obedientialis arguit in D 2 o specialem perfectionem, quæ eidem negata hac potentia non competere; aliunde vero nulla ejus apparet implicatio, ergo datur. C. patet, sicut enim D 2 o tribui debet omnis possibilis perfectio, ita omnis id debet admitti, quo negato non potest D 2 o aliqua perfectio possibilis tribui. A. quoad 2^o partem constabat ex objec. quodad 1. P. Specialis perfectio est supremi artificis, posse quavis re, etiam de se incepta uti tanquam instrumento, & cum eo ad quemvis effectum concurrere, sed negata potentia obedientiali perfectio ista non competere D 2 o, qui virga sua non induit, quam artifices creari certi sunt in instrumentis effectu agatis ad operandum. Obiect. 1. Admissa haec potentia se queretur, Omnipotentiam D 2 o se non latius extendere, quam potentiam creatam, & hanc aquae esse infinitam, quia nihil potest aliquari a D 2 o producibile, quod non sattem a tota collectione creaturarum potest produci: atque D 2 o creaturam sibi in nulla perfectione potest facere aqualem. Resp. s. Nemo dicit, intellectum creatum esse infinitum, vel aqualem Divino Intellectui, licet ille se pos-

170 ASSERTIONES PHYSICÆ

Opinia. sic & que ad omne cognoscibile extendere. Resp. 2. N. seqq.
 & ejus prob. quia nec quævis creatura in particulari nec tota
 earum collectio seipsum, vel actiones ab aliis causis, aut
 à solo Dño dependentes, vel omnia entia à se distincta pro-
 ducent potest, ad quæ tamen se Deus extendit. Resp. 3.
 T. seq. N. m. & dico, creaturam ea, quæ Deus virtute pro-
 ducit, solum virtute aliena, & elevata producere, adeoque
 non esse Dño & qualis in aliqua perfectione simpliciter, &
 sub ea ratione, sub qua perfectio Dño convenit, & infinitatem
 dicit. Objic. 2. Creatura posset semper elevari ad
 plures, & perfectiores effectus in infinitum, ergo est infinita,
 infinite le tenente ex parte creaturæ, N. C. ex parte potentie
 elevantis, C. C. creatura ergo etiam, ut universaliter ele-
 vabilis in se nunquam fieret infinita. Objic. 3. Perfectio
 effectus arguit perfectionem causæ, ergo creatura potens
 elevari ad producendos semper effectus perfectiores est illi-
 mitatæ virtutis. Resp. D. A. causæ adæquatæ, principali-
 lis, & agentis ex virtute propria, C. A. causæ inadæquatæ,
 agentis ex virtute aliena, & per modum instrumenti, N. A.
 & C. Objic. 4. Posse Dño cooperari ad unum effectum
 est perfectio, ergo posse ad infinitos semper perfectiores est
 infinita perfectio. Resp. D. A. est perfectio specialis, &
 distincta à perfectionibus, quæ alias creaturæ competunt,
 N. A. est perfectio indistincta, C. A. & N. C. nam posse Dño
 per virtutem elevatam cooperari, sive ad unum, sive ad in-
 finitos effectus, est ipsa elevabilitas, quæ cum creatura iden-
 tificatur, adeoque finitæ perfectionis est, sicut creatura.
 Objic. 5. Hæc potentia aliunde supponit virtutem indefe-
 cibilem, & ad effectum sufficientissimam, item in ordine
 ad infinitos effectus non potest actuari, quia semper finitos
 produceret, ergo est superflua. Resp. 1. idem solvendum
 esse in potentia naturali, v. g. ignis ad producendū aliū, vel
 animæ ad cognitiones infinitas. Resp. 2. N. C. nam virtus ista
 indefectibilis est solum sufficiens, & causa totalis in actu 1. &
 in actu 2. suū concursum attemperat: deinde debet potentia
 posse actuari in ordine ad effectus possibiles, adeoque solum
 ad effectus syncategorematicè nō categorematicè infinitos.

Objic. 6.

Objic. 6. Potentia ista esset naturalis, quia cum creature identificatur, & non esset, quia non potest naturaliter exire in actum, ergo implicat. Resp. idem pugnare contra potentiam animæ ad actus supernaturales. Resp. 2. esse, & non esse naturalem sub diversa consideratione. Resp. 3. esse simpliciter naturalem, ad quod sufficit, eam posse naturaliter exire in actum in ordine ad effectus primariò, per se & à naturâ intentos. licet non possit in ordine ad alios, secundariò & per accidens intentos, quia respectu illorum est positiva potentia, & habet jus, respectu horum est potentia tantum negativa, passiva capacitas, & meta non repugnantia. Objic. 7. Admissè hac potentia, sequitur 1. quamlibet creaturam defacto physicè concurrere ad omnem effectum, quia habet potentiam, & est sufficienter applicata per Omnipotentiam Dñi. 2. Muscam posse elevari ad creandum, quod tamen omnes vires creatas superat. 3. Lapidem posse elevari ad producendam visionem, adeoque denominari videntem. Resp. N. 1. seq. quia habet tantum potentiam remotam non proximam, quæ Decretum Dñi ad præstandum conçursum includit. 2. & 3. seq. C. nam creare superat creature vires solùm naturales; lapis verò non propterea posset denominari videntis, quia non concurrit ut principium vitale, recipiendo visionem: imò si etiam visio poneretur in lapide, non posset dici *videntis*, sed *habens visionem*, quia prioris denominationis non est capax, sed tantum posterioris. Objic. 8. Causa, etiam elevata non potest dare, quod non habet, sed musca, v. g. non habet perfectiones Angeli. Resp. D. M. causa principalis, adæquata & agens ex virtute propria, C. M. inadæquata & agens ex virtute aliena ac per modum instrumenti, subdist. si etiam nihil habet, quod potest elevari, C. M. si habet saltem aliquid elevabile, N. M. musca, vel alia creatura habet saltem virtutem inchoatam, estque Dñ Dominio perfectissimè subiecta, ut propterea possit elevari. Dices, Musca secundum se est improportionata ad producendum Angelum, & per elevationem hæc impropositio nō tollitur, quia non mutatur essentia muscæ, ergo etiam ut elevata non potest producere Angelum.

Resp.

Resp. N. C. quamvis enim ista in proportione intrinsecè per elevationem non tollatur, extrinsecè tamen eatenus tollitur, quatenus per conjunctionem principii proportionarii suppletur.

Affert. 46. Causa materialis extrinseca est subjectum, quod ut prius naturā recipit immediate actionem productivam formæ: adeoque ad hanc causam duo requirantur. 1. Ut habeat prioritatem naturæ ad actionem productivam formæ generatæ. 2. Ut immediate actionem recipiat. P. His positis habetur, quidquid ad causam materialem extrinsecam requiritur, sicututro autem ablato non habetur, ergo in his consistit causa materialis extrinseca. P. A. quoad 1. part. Tale subjectum, eo quod sit prius naturā, & immediate recipiat actionem, est causa Physica ex Affert. 23. & non est causa efficiens, quia hæc non recipit, sed producit actionem: atqui alia causa Physica non datur quam efficiens, & materialis extrinseca, ergo tale subjectum est causa materialis extrinseca. P. A. quoad 2. part. Si hoc subjectum non esset prius naturā, sed sufficeret, illud immediate recipere actionem productivam formæ, etiam Angelus, aut forma quæcumque esset subjectum sustentationis, aut causa materialis respectu sua productionis, quod est impossibile, cum nihil possit seipsum sustentare: si vero sufficeret subjectum esse prius naturā, & recipere formam, vel unionem absque eo, quod immediate recipiat actionem, materia i. esset subjectum sustentationis, & talem prædictam causalitatē exerceret respectu animaliæ rationalis, qualiter exercet respectu formæ materialis, ergo utrumq; requisitus necessarium est. Usque ad causam materialem extrinsecam non sufficit, esse subjectum, quod mediante unione recipit formam in fieri, & conservari subiecto dependet. Ratio est, quia omnis causa debet dare esse effectui, sed tale subjectum, si aliam causalitatem informam non exercet, non dat esse formæ; vel enim daret esse per modum partis, vel per modum principii extrinseci? aliud modus non suparet: non 1. quia subiectum non est pars formæ; non 2. nam quod dare ut principium extrinsecum, debet dare per productionem adeoque ad productio-

nem

nem effectus concurrere, sed subjectum, si tantum causae formam mediante unione, non dat ei esse per productio-
nem. Deducitur ulterius, causalitatem in actu 2. cause materialis extrinsecæ esse actionem productivam formæ, immediatè in subjecto propri naturæ receptam; per hanc enim causa materialis formaliter sustentat, causat & facit actu dependentem à se formam generatam. Denique col-
ligitur discrimen inter generationem & creationem, &
quod ad istam major requiratur virtus quam ad illam; ista enim unico tantum fulcro nempe termino, illa verò dupli-
cij scil. suo termino, & causa sustentante opus habet: atqui influxus, qui indiget paucioribus fulcris, a quibus sustinea-
tur, quia est fortior, requirit etiam majorem virtutem,
quam aliis influxus, qui pluribus fulcris indiget. Dices 1.
Juxta hanc doctrinam non potest assignari differentia inter
causam efficientem, & materialem extrinsecam, cum utra-
que in effectum physicè, & per actionem influat. Resp.
differentiam esse omnibus ab experientia notissimam;
quibus enim experitur, aliter se habere, si scipsum sponte
movet, & si ab alio movetur, ibi enim habet se activè, hic
passivè: atqui eodem modo se causa efficiens, & materia-
lis, illa nimurum activè, ista passivè se habet. Dices 2.
Illud est causalitas cause materialis extrinsecæ, per quod
ea fit subjectum formæ, sed fit subjectum per unionem.
Resp. D. M. subjectum sustentationis, C. M. subjectum in-
formationis, N. M. per unionem fit præcisè subjectum in-
formationis, & per actionem subjectum sustentationis.
Dices 3. Per unionem dependet forma à causa materiali
tanquam à subjecto, ergo unio est causalitas. Resp. D. A.
tanquam à subjecto informationis, C. A. tanquam à subje-
cto sustentationis. N. A. & C.

Assert. 44. *Causa formalis extrinseca, sive idea est forma,*
quam effectus imitatur ex intentione agentis determinantis sibi for-
mem. Dividitur in idzam formalem, & objectivam: illa
est cognitio representans formam, ista est ipsa forma, si-
ve objectum, cui artifex conatur effectu assimilare. Da-
ta definitio potius convenit idæz objectivæ, quam forma-
li, P. Idæa est forma, cui agens intendit assimilare effe-
ctum,

Etum, atqui non intendit assimilare cognitioni, sed potius objecto cognito. Conf. Idæa plerumque respicitur ab artifice operante, cognitio autem non respicitur (neque necessaria est ut reflexè respiciatur) sed ipsum objectum, ergo hoc potius est idæa. Causalitas in actu 2. causæ formalis extrinsecæ est actio productiva effectus ad imitationem idææ, ad quam causalitatem requiritur 1. cognitio potens dirigere artificem ad effectum idææ assimilandum. 2. Intentio effectum producendi. 3. Actualis operatio, qua effectus dependenter a cognitione, & intentione producitur; si actio indiferens est, ut ab hac, vel alia cognitione, aut intentione procedat, requiritur 4. Decretum Dæi, decurrentis cum agente intuitu hujus cognitionis, & intentionis concurrere. Dices 1. Si objectum est idæa, vel est objectum, quod artifex efficit, vel aliud distinctum? non 1. quia effectus debet idææ assimilari, nihil autem potest sibi ipsi assimilari: non 2. quia cognitio objecti distincti non est necessaria. Deinde artifex, ut rationabiliter operetur, debet illud opus cognoscere, quod vult facere, ergo non est necesse ut cognoscat aliud distinctum. Resp. Idæam, quia ad ejus similitudinem possunt plures effectus fieri, non esse ipsum objectum, quod artifex facit, sed rationem aliquam communem, cui effectus hic & nunc assimilatur. Dices 2. Hac ratione idæa, & idæatum non distinguuntur, cum hoc in illa contineatur. Resp. si idæatum aberrat ab idæa, distingui adæquatè; si non aberrat, distingui saltē inadæquatè quod sufficit. Dices 3. Causa formalis extrinseca, vel spectat ad causam efficientem, vel formalem? Resp. posse reduci ad utramque, in quantum enim est quædam forma, ad cuius imitationem effectus in suo esse specifico constituitur, ad causam formalem reducitur, quia sicut forma intrinseca effectum intrinsecè, ita hæc causa eundem extrinsecè ad certam speciem determinat: quatenus verò artificem dirigit, & proximè potentem reddit ad hunc determinatè effectum producendum, directivè eundem efficit, adeoque ad causam efficientem spectat.

Assert. 48. Causa finalis est id, cuius obtinendi gratiâ aliquid fit. Sive est principium, quod propter suam bonitatem mo-

movet operantem ad ponenda media , per quæ finis obtineri possit. Unde duo requiruntur , ut aliquid possit esse finis. 1. Debet apparere sub ratione boni , alias non potest ad sui amorem , & appetitum movere : bonum autem triplex est : *honestum* , quod possidentem laude , & præmio dignum facit : *delectabile* , quod possidenti gaudium , vel delectationem afferit : & *utile* , quod servit ad consequendum aliud bonum. Bonum honestum , & utile (sive verum sit , sive tantum apparens) possunt habere rationem finis , non verò bonum utile quæ tale , quia finis appetitur , ut ipse obtineatur , sed bonum utile amamus , non tam ut ipsum , quam ut aliud bonum per ipsum obtineatur. 2. Finis , quamvis re ipsa possit esse impossibilis , debet tamen apparere ut possibilis ; nemo enim movetur ad ponenda media in ordine ad finem , quem videt esse impossibilem. Finis dividitur in finem cui , finem qui , & finem quo : *finis cui* est subjectum , cui bonum volumus : *finis qui* est ipsum bonum , quod volumus : *finis quo* est conjunctio finis qui cum fine cui , sive est possessio boni. Definitio data , licet cuivis fini seorsim considerato applicari possit , propriètatem soli complexo ex omnibus 3. finibus convenit , nam agens operatur non propter bonum in abstracto , sed propter illud ut sibi , vel alteri obtainendum , ergo per suum appetitum indivisibiliter in omnes 3. fines fertur. Objic. 1. Potest quis amare medium , quin amet finem , ergo etiam bonum utile habet rationem finis. P. A. Avarus amat pecunias , non autem earum expensionem , sed pecuniae sunt medium , expensio est finis. Resp. pecunias respectu avari non esse medium nec bonum utile , sed potius bonum delectabile ; avarus enim eas præcisè amat , ut possideat , & earum aspectu , & possessione delebetur. Objic. 2. Bonum delectabile ordinatur ad honestum , ergo non est finis. Resp. D. A. ex intentione naturæ , C. A. semper ex libera determinatione agentis , quod sæpe in bono delectabili quiescit , N. A. & C. Objic. 3. Finis est realis causa , ergo etiam ejus bonitas debet esse realis , & non sufficit apparet , vel impossibilis. Resp. D. A. quæ tamen solùm intentionaliter causat movendo , C. A. quæ causat realiter , & physis ,

sicē, N. A. & C. potest enim etiam bonitas solum apparentiā impossibilis, si ut possibilis proponatur, movere voluntatem, & intentionaliter causare. Objic. 4. Finis quā intenditur propter finem cui, ergo tantum est medium, & non finis. Resp. D. A. propter finem cui, h. e. in ejus bonum, C. A., propter finem cui ut obtainendum, N. A. & C. medium enim illud est, quod intenditur propter alterum ut obtainendum.

Afflct. 49. Causalitas in actu 1. causa finalis est ipsa bonitas finis, cuius cognitio est pura conditio. P. 1. Causalitas in actu 1. causa finalis est id, quod movet cognoscentem ad amorem sui, & ad ponenda media pro sui consecutione, sed sola bonitas ita movet, & non cognitio. 2. Causalitas finis ut operantem possit movere, debet ab eodem cognoscī, sed cognitio bonitatis plerumque non cognoscitur, rato enim quis se supra cognitionem finis reflectit, nec debet se reflectere. Igitur cognitio ad causam finalem se tantum habet ut conditio sine qua non, quia finis non potest movere voluntatem, nisi cognoscatur. Objic. 1. Pro diversitate compositionis etiam diversa est vis motiva, & effectus causæ finalis; objectum enim obscurius cognitum non ita allicit, nec amore sui tam intensum causat, quam si clarius cognoscatur, ergo cognitio partialiter movet. Resp. 1. N. C. quia etiam vis activa, & effectus causæ efficientis diversus est pro diversitate applicationis, quæ tamen est pura conditio. Resp. 2. D. A. diversa est vis motiva, & effectus præcisè ratione diversæ applicationis, C. A. diversa est in se, & ratione sui, N. A. & C. Objic. 2. Finis ut cognitus movet, ergo cognitio constituit virtutem movendi. Resp. N. C. quia etiam causa efficiens agit ut approximata. Objic. 3. Finis movet per suum esse intentionale, quod est cognitio. Resp. movet per esse intentionale tanquam per puram conditionem, C. tanquam per virtutem motivam, N. Objic. 4. Existentia causæ efficientis est ejus causalitas, ergo etiam existentia finis est ejus causalitas, sed existentia finis est cognitio. Resp. 1. si existentia rei distinguitur ab essentiā, N. A. Resp. 2. N. C. nam existentia causæ efficientis cum eadem, ut suppono, identificatur, ergo est etiam

quam ejus causalitas in actu i. at verò existentia cause finalis ab eadem distinguitur. Objic. 5. Sæpe aliquis quieticit in sola cognitione rei, ergo cognitio habet rationem finis. Resp. D. C. tunc, quando est ipsum bonum amatum, C. C. quando applicat bonitatem à se distinctam, N. C.

Assert. 5o. *Motus est actus entis in potentia prout in potentia sive, est actio educativa termini ex subjecto, habente prius privationem illius termini.* Unde à ratione motus excluditur creatio, actio conservativa, & generatio formæ cœlorum, quia nulla præsupponit subjectum, habens immediatè antē privationem termini: Econtra convenit definitio omni alteri motui tam instantaneo quam successivo: instantaneus est, cuius terminus simul acquiritur, v. g. productio formæ substancialis: successivus, cuius terminus acquiritur successivè per partes, ex quibus posteriores cum prioribus unani totam formam constituunt, v. g. producio caloris, cuius omnes gradus unam certam intensionem faciunt. Ratione termini motus ulterius dividitur in generationem (prout ea nunc ordinariè contingit, & privationem termini in subjecto præsupponit) ad generationem, augmentationem, alterationem, & motum localem: generatio est motus ad novam formam substancialem, ad generationem ad novam materiam, vel quantitatem in viventibus, augmentationem ad novam quantitatem in non viventibus, alterationem ad qualitatem, motus localis ad locum. Objic. 1. Motus est actus imperfectus, & relinquens potentiam adhuc capacem ulterioris perfectionis, sed motus instantaneus non est actus imperfectus, quia per eum tota forma perfectionis simul acquiritur. Resp. N. M. motus enim tantum eatenus dicitur motus imperfectus, quatenus est tendentia ad novum terminum, quod etiam de motu instantaneo vegetum est. Objic. 2. Quivis motus includit 2. instantia, unum, quo privatio termini, alterum, quo motus ad terminum datut, sed hoc non convenit motui instantaneo. Resp. N. m. licet enim terminus in unico instanti producatur, ipse ramen motus instantaneus semper 2. instantia involuit. Objic. 3. Actus & potentia opponuntur, ergo

1980-1981 學年上學期
學生會幹事會會議記錄

Auctor. Non videtur ut pater & filius in uno
precincto ad istud dicendum est nisi dicitur in propria
potestoribus terminis. Tunc tamen & deinde
dicitur instantaneus secundum quod non videtur
locutus esse nisi per appositorum & adiectorum
dictum sed per suorum & secundum dictum
tum omni dicitur instantaneus secundum quod non
potest inveniatur in terminis terminis. Ita per
dictum instantaneum videtur dicitur. Secundum autem
quod videtur per patrem & filium per suorum
potestoribus terminis terminis videtur
factum. Ratione tamen instantaneus dividitur in tres
operationes quae ea una instantanea ratione & per
suum terminum in substantia praecipitunt & abducantur ex
augmentatione, alteracione, & mutatio locis. & per
prima est motus ad novam formam instantaneum, & per
secunda ad novam materiam vel qualitatem in instantaneo,
augmentatio ad novam quantitatem in instantaneo, &
alteratio ad qualitatem, & mutatione ad locum. Objet. 1. Num
quis est actus imperfectus, & colligunt potestoribus adhuc
capacem ulterioris perfectionis, sed motus instantaneus
non est actus imperfectus, quia per eum sola forma perfecta.
Pro simul acquitritur. Resp. N. M. motus enim tamquam
estenus dicitur motus imperfectus, quatenus est tendentia
ad novum terminum, quod etiam de motu instantaneo ve-
rum est. Objec. 2. Quivis motus includit s. instantia, us-
pum, quo privatio termini, alterum, quo motus ad ter-
minum datur, sed hoc non convenit motui instantaneo.
Resp. N. m. licet enim terminus in unico instanti produca-
tur, ipse tamen motus instantaneus semper s. instantia ins-
voluit. Objec. 3. Actus & potentia opponuntur, ergo

motus non potest esse actus entis in potentia prout in potentia. Resp. D. A. opponuntur pro eodem instanti, C. A. pro diverso, N. A. & C. Objic. 4. Quævis forma generata, vel unio est actus entis in potentia, &c. ergo sunt motus, quod est falsum, cum potius sint termini motus. Resp. N. A. quia per actum intelligitur actus ut quo seu actio productiva.

Affert. 5. *Locus extrinsecus est superficies corporis continentis, immobilis, & prima.* Sive est illius corporis, in quo res locata continetur, extima pars eandem immediate ambiens, & immobilis. Unde patet 1. definiiri hic locum proprium, & rei locatæ commensuratum, qualis est superficies, v. g. aëris hominem, vel aquæ pisces immediatè ambiens; locus communis est superficies major quam res locata, nec eam immediate tangit, sed plura locata ambire potest ideoque communis dicitur ut templum. Patet 2. locum extrinsecum posse conflari ex partibus corporum diversæ speciei; si quis enim media sui parte esset aquæ immersus, partim ab aere, & partim ab aqua ambiretur. Patet 3. vas aliquod, vestem & universim illam superficem, quæ mobilis est, & ad hoc ordinatur, ut cum re contenta circumferri possit, vel eam comitari debeat, propriè non habere rationem loci. Objic. 1. Superficies aëris aut aquæ, rem locatam ambientis, non est immobilis, ergo non est locus. Resp. D. A. si materialiter, & se solâ spectetur, C. A. si for maliter unâ cum sui ubicatione, N. A. debet ergo immobilitas loci desumî ab ejusdem ubicatione, quæ facit cum distare certo modo à punctis fixis, h. e. à 2. polis cœli, & centro terræ, & sic locus in sensu composito unâ cum sui ubicatione omnino immobilis est, sicut ipsa ubicatio immobiliter certo loco est affixa. Objic. 2. Hoc modo etiam vas, v. g. dolium est immobile, ergo est locus. Resp. 1. T. totum, si vas unâ cum sui ubicatione spectetur. Resp. 2. N. C. nam vas ex suo fine ordinatur, ut comiteret liquorem contentum, si hic transferatur, quod de superficie aëris aut aquæ non potest dici. Objic. 3. Si locus formaliter spectatus includit ubicationes, quæ fundant certam distantiam à punctis fixis, tunc querenti, ubi sit res,

per

per istam distantiam responderi debet, sed hoc nemo facit. Resp. ita responderi quidem à Geographis, qui per quum, vel integrum orbem descripturi, locum regionis, aut civitatis per certam distantiam à punctis fixis indicant ordinariè vetò per hanc distantiam ideo non respondetur, quia interrogans potius vult scire rei distantiam ab alio loco ubi aliunde noto, per quam proinde distantiam, ut querenti satisfiat, responderi solet. Objic. 4. Si mundus aliud transferretur, retineret Augusta, v. g. eandem distantiam à punctis fixis, non tamen eundem locum, ergo locus non recte explicatur per istam distantiam. Resp. N. A. quoad 1. part. quia per puncta fixa intelligitur illud spatium, in quo defacto, sive re ipsa sunt, sive concipiuntur esse ista puncta, à quibus proinde Augusta non eodem modo distaret. Objic. 5. Locus etiam est in loco, ergo datur locus loci, & processus in infinitum. Resp. D. A. est in loco intrinseco, vel extrinseco, C. A. semper in extrinseco, N. A. quivis locus est in loco extrinseco, & intrinseco usque ad supremam sphæram, quæ secundum extimā superficiem conexam in loco solūm intrinseco existit.

Assert. 52. Vacuum supernaturaliter est possibile, in eo tamen non potest naturaliter fieri motus, per quem causatur novum vacuum. Vacuum est locus carens corpore, aptus tamen repleri: non posse naturaliter dati, omnes, qui Aristotelem sequuntur, consentiunt, & colligitur ex hortore, quem natura habet ad vacuum, ut contra propriam inclinationem agere, & summam violentiam pati malit, quam admittere vacuum; ad quod nempe impediendum gravia contra inquitam exigentiam non descendunt imò cum violentia ascendunt, & quæ facile ex se sunt mobilia, nullo conatu se patienter loco moveare, uti ab experientiis competitum est: quod autem natura ita extremè horreat vacuum, si de provenit, quia influxus corporum cælestium, & mutuus sublunarium in sublunaria, cum per lineas rectas fiat, & mediantibus qualitatibus, quæ subjecto indigent, non posset per vacuum propagari, adeoque dato vacuo impediatur, ergo quantum est necessarius iste influxus, ut omnia in hoc universo conservantur & conserventur, tantum natura;

quæ in necessariis non deest, ab omni eo, quod hunc influ-
xum impedit, atque adeo etiam à vacuo horret. P. nunc
1. pars: Nulla apparet repugnantia vacui, ergo est abso-
lute possibile. Conf. Potest Deus agere contra alias re-
rum exigentias, ergo etiam contra hanc, qua corpora exi-
gunt sibi esse contigua, præsertim, cum damnum, quod
ex vacuo sequeretur, facile possit aliâ viâ supplere. P. 2.
pars: Ex horrore proximè explicato, quem natura habet
ad omne, & consequenter etiam ad illud vacuum, quod
de novo per motum in vacuo factum induceretur. Unde
licet in vacuo possibles sint motus alterationis, genera-
tio-
nis, vel ad generationis, quo ignis, v. g. calefaceret, & ac-
cenderet stupam, vel homo bene pastus, & in vacuo collo-
catus nutritur, non tamen potest dari motus localis, per
quem nova discontiguitas corporum oriretur, v. g. lapis for-
nici adhærens non posset per vacuum cadere deorsum; li-
cet caderet, si esset in medio vacui suspensus. Objic. 1.
Si lapis in medio vacui suspensus moveretur deorsum, da-
retrur novum vacuum, quia in locum lapidis nullum aliud
corpus succederet. Resp. N. seq. quia ut detur vacuum,
debet locus extrinsecus, ambiens vel tangens corpus, ab
codem discontigueri, quin aliud corpus succedat; lapis
autem ponitur esse in medio vacui, & nulli loco, vel corpo-
ri contiguus. Objic. 2. Vel talis lapis moveretur motu
instantaneo, vel successivo? non instantaneo, quia natu-
raliter non potest corpus simul ad medium, & remotum
spatium pervenire: non successivo, quia hic motus prove-
nit à resistentia medii, sed in vacuo non datur resistentia
medii. Resp. moveri motu successivo, qui non à sola re-
sistentia medii, sed insuper à virtute limitata entium crea-
torum provenit, quia etiam spiritus, qui nullam patiuntur
resistentiam, successivè moventur.

Allert. 53. Ubicatio non identificatur cum loco extrinseco, & re-
locata, nec cum Decreto Del, nec cum actione productiva rei ubi-
cate, aut sui ipsis, sed est entitas rei ubicatae intrinseca; per seip-
sam unita, & modalis. Ubicatio est formalis præsentia rei
in loco, sive est forma, per quam res formaliter hic est, aut
alibi. Ubicatio alia est permanens, alia fluens: hanc ha-
bet

bet res, dum est in motu, illam dum quiescit; ad utramque autem requiritur, ut res diutiùs quam per unicum instantans dureret. Dividitur ulterius in definitivam, & circumscriptivam: illa ponit rem totam in toto spatio, & totam simul in qualibet parte spatii: ista ponit totum in toto spatio, & partes totius in partibus spatii: P. 1. pars: Potest existere locus extrinsecus, & res locata, quin res existat in tali loco, ergo rem existere in loco est aliquid separabile, & distinctum à loco extrinseco, & re locata. P. 2. pars: Ubicatio est effectus creatus, sensibilis, incipiens in tempore, destruibilis, &c. quorum nihil convenit decreto Dei, ergo non sunt idem. Deinde non potest explicare objectum decreti, volentis me existere in hoc loco, nisi tandem deveniatur ad ipsam ubicationem. P. 3. pars: Animal, sc̄ movendo, producit suam ubicationem, sed non producit suam actionem, aliàs seipsum produceret. Deinde eadem res potest habere plures ubicationes per replicacionem, plures verò actiones totales respectu ejusdem rei repugnant, ergo ubicatio rei non est ejus actio productiva. P. 4. pars: Ubicatio rei potest esse permanens, si vimium res ibi conservatur, ubi sicut producta, sed actio productiva ubicationis, vel singulis instantibus, sicut duratio, vel saltem in fieri, & conservari est diversa, ergo ubicatio permanens non identificatur cum sui actione productiva. P. 5. pars: Licet Deus omnia circa rem ubicatam destrueret, ea retineret eundem locum, quia fundaret eandem distantiam à punctis fixis, ergo rem esse hic vel alibi habetur per formam intrinsecam. P. 6. pars: Nulla est necessitas distinguendi ubicationem ab unione sui. P. 7. pars: Ubicatio est pura determinatio rei indifferentis ad certum locum, ad quem finem unicè à natura intenditur, ergo est modus. Objic. 1. contra 3. prob. Nulla res potest suam ubicationem producere, ergo animal per motum non produceret seipsum. P. A. Talis res esset in loco, antequam esset, sed hoc repugnat. Conf. Ut causa producat effectum, debet esse applicata passo, sed applicatio consistit in ubicatione, ergo res, producens suam ubicationem, jam ante haberet ubicationem. Resp. N. A. ad prob. D. M.

esset radicaliter in loco, antequam esset formaliter, C. M. esset formaliter in loco, antequam esset formaliter, N. M. hoc posterius repugnat, non prius; nam radicaliter res est in loco, quando est proxime potens producere suam ubicationem, per quam formaliter est in loco. Ad Conf. D. M. causa ut producat effectum in passo distincto, C. M. in passo indistincto, subdist. debet esse applicata radicaliter, C. M. formaliter, N. M. & sic distinctâ m. N. C. Dices, ergo res pro priori ad suam ubicationem non habet ubicationem, quod videtur impossibile, quia nulla creatura potest esse sine omni ubicatione. Resp. D. illat. pro priori significationis, C. pro priori instanti reali, N. & hoc omnino est impossibile, ut creatura pro aliquo instanti reali sine ubicatione existat. Objic. 2. contra 4. prob. Si ubicatio distinguatur ab actione productiva sui, eadem res simul haberet 2. ubicationes, scil. ubicationem, & ejus actionem productivam, sed repugnat naturaliter, eandem rem habere 2. ubicationes. Resp. N. M. sicut enim actio productiva unionis non est formaliter unio, sed tantum radicaliter, ita actio productiva ubicationis tantum est radicaliter ubicatio. Objic. 3. contra 5. prob. Possum desinere esse in loco, quia immutat intrinsecè, ergo me esse in loco non habetur per formam intrinsecam. P. A. Si annihilaretur templum, v. g. in quo existo, & simul aet me ambiens, non amplius essem in templo, neque tamen intrinsecè mutarer. Resp. D. A. in loco extrinseco, C. A. in intrinseco, N. A. & sub hac distinct. C. & N. C. Objic. 4. contra 6. prob. Ergo etiam formæ substanciales identificantur cum unione sui, quia hæc ratione etiam minus entia multiplicantur. Resp. N. illat. & parit. absurdum enim est, formas substanciales magis dependere à materia quam accidentia absoluta atque magis dependerent, quia accidentia ista, ut fides docet, possunt sine materia existere, & formæ illæ non possent, si cum unione sui identificantur: econtra non est absurdum, quod unum accidens nempe modale magis dependeat à subjecto, quam alterum absolutum.

Affert. 54. Non omnia in composite ubicanter per unicam ubicationem, sed tot dantur ubicationes, quoniam ea distincta. P. 1. pars:

pars : Vel hæc unica ubicatio singulas entitates compositi respiceret, & esset indivisibilis, ita ut si unica entitas abesset, hoc ipso essentialiter alia ubicatio foret : vel esset unica ubicatio soli quantitati propria, ita ut reliqua entia ubi- carentur per accidens, quia cum quantitate mediatè, vel immediate uniuntur ? neutrum potest dici : non 1. quia cum singulis instantibus compositum, vel quoad duratio- nem, & alia accidentia, vel si est vivens, quoad actus vita- les item quoad materiam per nutritionem mutetur, seque- retur nullam dari ubicationem permanentem, tametsi com- positum in eodem loco maneat, quod est contra commune ju- dicium. Neq; 2. dici potest, alias meam animam esse Mon- achii, v.g. haberetur per hoc, quod mea quantitas sit Monachii, & anima sit (mediatè) unita quantitati, sed hoc est falsū, quia posset Deus per replicationem solum corpus cum, vel solam quantitatatem absque anima Monachii ponere : cur enim hoc repugnet ? atqui in hoc casu mea quantitas esset Monachii, & anima esset unita quantitati, non tamen Monachii existeret, ergo. Deinde anima tanquam movens prin- cipale animalis verè, & propriè etiam se localiter movet, ergo propriam acquirit ubicationem tanquam terminum motū localis, ergo saltē anima non ubicatur per ubica- tionem quantitatis. P. 2. pars : Quodvis ferè ens in com- posito est ab altero separabile saltē separabilitate non mu- tua, ut patet ab enumeratione, ergo potest unum existere in loco, quin existat alterum, ergo etiam ubicationes sunt separabiles, ergo distinctæ. Objic. 1. Posita ubicatione quantitatis, & unione reliquorum entium cum quantitate tollitur in aliis entibus omnis indifferentia ad locum, er- go non est necesse, iis superaddere novam ubicationem. Resp. D. A. tollitur radicaliter, h. e. ponitur radix exigens etiam in aliis entibus produci ubicationes, C. A. tollitur formaliter, h. c. ponitur ipsa formalis ubicatio aliorum entium, N. A. & C. Objic. 2. Sola quantitas ambitur, & tangitur à superficie corporis continentis, ergo sola est in loco. Resp. T. A. D. C. in loco extrinseco, T. C. in in- trinseco, N. C. Objic. 3. Si singula entia compositi ha- bent propriam ubicationem, sequitur, equum iù homine

equitante producere ubicationem animæ, sed hoc non potest admitti : equus enim est ens materiale, ubicatio spirituale, nullum autem ens materiale potest producere spirituale. P. seq. equus movet totum hominem, ergo omnes ejus ubicationes producit. Resp. 1. T. seq. N. m. sicut enim phantasmatæ materialia partialiter concurrunt ad species intelligibiles spirituales, ita potest equus cum anima partialiter ubicationem animæ producere. Resp. 2. N. seq. & dico, ab equo produci ubicationem corporis, & ab haec animam determinari, ut ipsa sola producat suam ubicationem, adeoque equum esse puram conditionem ad ubicationem animæ.

Assert. 55. Replicatio circumscriptiva supernaturaliter possibile est. Replicatio est positio ejusdem rei in pluribus locis adæquatis : locus adæquatus est ubicatio, quæ non ordinatur una cum alia ubicatione ad faciendam aliquam totalem, unde ubicatio animæ rationalis in brachio, v. g. est tantum inadæqua, quia cum iis ubicationibus, quas habet anima in aliis membris, ordinatur ad faciendam unam totalem : econtra Christus tot in hostia consecrata habet ubicationes adæquatas, quot sunt particulæ sensibiles, quia nulla harum ubicationum ad unam totalem faciendam ordinatur, sed quælibet est totalis, & totum Christum in ipsa particula pónit. Replicatio alia est definitiva, alia circumscriptiva : ista per plures ubicationes circumscriptivas, illa per plures definitivas, vel unam circumscriptivam, & reliquas definitivas rem in pluribus locis pónit. Utramque replicationem naturaliter repugnare certum est, tum quia enīvis rei tantum unus locus inadæquatus debetur, tum quia ex diversis rerum ubicationibus omnes eas rūndem distinctionem judicamus, quod judicium non potest esse erroneum, ne alias natura universalem errorē, & deceptionem nobis in generali videatur : atqui esset erroreum, si naturaliter posset dari replicatio. Definitivam replicationem esse supernaturaliter possibilem, est apud Catholicos ex mysterio SS. Eucharistiae indubitatum. De circumscriptiva igitur. P. Assert. 1. Nulla apparet, aut ostendi potest repugnantis, ut ex object. patet. 2. Po-

te

fest dari ~~indicatio~~ definitiva, ergo à potiori circumscriptio
va, quia prior est difficilior, & 2. miracula nempe præter
positionem in pluribus locis, insuper violentati partium
penetrationem involuit; posterior autem unico miraculo
absolvitur. 3. Possunt plura corpora in eodem loco cir-
cumscriptivè poni per penetrationem, ergo etiam potest u-
num corpus in pluribus locis circumscriptivè poni, unum
enim non videtur esse difficilius altero. 4. Testantur hi-
storiæ fide dignissimæ de Christo, B. V. & aliis SS. quod
in diversis locis simul apparuerint, quæ apparitiones nega-
ta possibilitate replicationis possunt difficillime explicari.
Objic. 1. *Esse circumscriptivè in loco, est rem ita circum-
scribi loco, ut non sit extra illum, etgo res replicata esset
in loco circumscriptivè, & non esset.* Resp. 1. *Esse definitivè in loco, est ita rem definiri, & arctari ad locum, ut
non sit extra illum, ergo etiam definitiva replicatio impli-
cat: eodem modo etiam reliqua argumenta contra repli-
cationem definitivam pugnant, ut cuivis patet.* Resp. 2.
N. A. alias Christus non existet circumscriptivè in cœlo.
Resp. 3. D. A. ut res non sit extra illum naturaliter, C. A.
supernaturaliter, N. A. & C. Objic. 2. *Res replicata pos-
set distare à seipsa, sibi ipsi fieri contigua, &c. quod repu-
gnat, ergo & replicatio.* Resp. 1. N. A. quia contiguitas
& distantia supponunt realem distinctionem inter ea, quæ
sibi sunt contigua, aut distantia. Resp. 2. & C. quod res
ut existens hic distet à seipsa alibi existente, in quo sensu re-
duplicativo distantia non cadit super rem, sed super distin-
tas ubicationes rei, quæ utique possunt distare. Objic. 3.
*Semipalmus replicatus fieret æqualis palmo, ergo pars fie-
ret æqualis toti, quod repugnat.* Resp. 1. N. A. quia lo-
cus partis est etiam locus totius, ergo quantum semipalmus
quoad locum cresceret, tantum etiam cresceret palmus, &
insuper semper altera sui medietate semipalmum excede-
ret, ergo pars nunquam fieret æqualis toti. Resp. 2. D. A.
semipalmus existens in pluribus locis, T. A. existens in uno
loco, N. A. non autem absurdum est, nec repugnat, quod
pars existens in pluribus locis fiat æqualis toti, in uno loco
existenti. Objic. 4. *Corpus circumscriptivè replicatum
est*

est esse unum numero, & non est : est, ut posimus si non est, quod P. unum numero corpus habet unam numerum quantitatem, sed corpus replicarum haberet plures quantitates, quia haberet plures extensiones locales ; plures autem effectus formales supponunt plures realiter formas. Resp. T. hoc suppositum, unitatem numericam corporum desumi à materia, signatà quantitate, cuius falsitatem alibi probabimus, N. alterum suppositum, quod effectus formalis quantitatis sit extensio localis, contrarium patet ex dicendis in Assert. 61. Objic. 5. Si res potest ponni in pluribus locis per replicationem, potest etiam ponni in omnibus tam realibus quam imaginariis ; non enim est major ratio pro pluribus, quam pro omnibus : seq. autem est falsa. Resp. N. seq. quia talis res foret immensa, quod repugnat limitate existentiae creaturarum. Objic. 6. Universale principium, ex quo certò infertur realis homogeneorum sensibilium distinctio, non potest falsificari, quia est à natura iudicatum, sed hoc principium in eo consistit, quod homogenea, quae in diversis locis videntur, sint distincta, & falsificaretur admissa replicatione ; tunc enim eadem res sensibilis posset in diversis locis videri, ergo non potest dari replicatio. Conf. Admissa replicatione possumus dubitare, an non totum mare sit unica gutta replicata ; nemo autem dubitat. Resp. 1. ergo saltem posset res in uno loco sensibiliter, & in altero insensibiliter ponni ; sic enim principium non falsificaretur. Resp. 2. hoc principium posse absolute falsificari, quia ex diversis locis rerum de earundem distinctione habemus ad summum Physicam certitudinem, cuius objectum saltem divinitus potest se aliter habere. Resp. 3. N. m. quoad 1. part. ut enim hoc principium nos certificet, debet simul adesse nulla prudens suspicio miraculi, ut proinde distinctionem inter 2. corpora homogenea ideo inferamus, quia ea videmus in diversis locis, & nullum prudenter miraculum suspicamur. Unde ad Conf. N. M. sicut enim suspicio tam insoliti miraculi esset imprudens, ita etiam tale dubium. Objic. 7. Si replicatio potest dari supernaturaliter, potest etiam dari naturaliter, quod P. lapis in 2. columnis existens, si colum-

de removentur, utrobique naturaliter deorsum cader, ergo 1. loca adæquata naturaliter acquirat. Resp. N. seq. ad prob. quæro, an remotis columnis Deus continuaret miraculum, vel non? si 1. lapis utrobique cadet deorsum; sed non sine miraculo; si 2. cadet deorsum tantum in uno & quidem vel in eo loco, in quo ante replicatione fuit, quis ad illum præalio habet jus, vel, si nullæ circumstantiae lapidem ad certum locum determinant, cader in eo loco, quem Deus determinaverit, adeoque unicum locum habebit. Objic. 8. Admissa replicatione posset 1. idem eam moveri moribus contrariis, v. g. summè calefieri, & frigefieri. 2. Ex eodem homine conflati integer exercitus. 3. Idem homo simul stare & sedere, ascendere & descendere, &c. quæ manifestè falla sunt & absurdia. Resp. N. 1. seq. quia unio inter extrema habet istam exigentiam, ut ubi est unum, ibi etiam sit alterum, adeoque exigit, replicato uno extremo etiam cætera unita (nisi sint essentialiter suo loco affixa ut ubicatio, &c.) replicari, ergo si aqua, v. g. in uno loco summè calefieret, & in altero frigefieret, deberet suinus calor, & frigus utrobique in aqua dari, quod naturaliter est impossibile, ergo etiam naturaliter implicat, aquam in uno loco summè calefieri, & frigefieri. Ob eandem rationem homo replicatus non posset in diversis locis famere & sitiare, idem objectum amare & odiare, eidem assentiri & dissentire, vivens esse & mortuus, amicus Dei & inimicus, salvare & damnari, &c. Ad 2. Resp. posse fieri, ut idem homo appareat esse integer exercitus, vires tamen operandi, in tali homiae non fore maiores vi replicationis, quam essent seclusa replicatione: per vires eam, vel intelligitur virtus in actu 1. vel intelliguntur spiritus vitales, quorum ope homo operatur? si 1. patet virtutem manere eandem, sicut ponitur idem homo, cum quo hæc virtus identificatur: si 2. sequitur ex proximè dictis, hos spiritus, quia cum homine uniuntur, debere in omni loco crescere, si in uno crescerent: deinde ponuntur esse idem spiritus in omni loco, ergo si in uno loco deficiunt, deberent etiam in aliis locis deficere, alias idem deficeret simul, & non deficeret, ergo vi replicationis vires rei

tēi replicatæ non augentur. Ad 3. Resp. posse ista, & si
mitia prædicata oppositæ, quæ præcisè quoad eundem lo-
cū pugnant, de eodem homine replicato verificari. P.
Prædicata ista ideo non possunt verificari de homine in eo-
dem loco, quia exigunt ubicationes diversæ classis, quas
homo non potest in eodem loco habere: atqui per replica-
tionem homo in pluribus locis habet ubicationes diversæ
classis, ergo de homine replicato possunt verificari talia
prædicata opposita, quorum nimirum tota oppositio unicè
supet ubicationes diversæ classis cadit.

Assert. 56. Penetratio corporum naturaliter impossibilis est, su-
pernaturaliter potest dari. Penetratio est simultanea existen-
tia duorum in eodem loco: posse unum spiritum, quia ca-
ret quantitate, cum alio vel cum corpore naturaliter pene-
trari, nemo dubitat, uti etiam, quod inter materiam, &
formam, substantiam & accidens, & universum inter ea en-
tia, quæ unam quantitatem communem habent, naturali-
ter penetratio detur. Unde assertio solum procedit de re-
bus, quæ habent distinctas quantitates, & P. 1. pars: ab
experiencia, quod unum corpus alteri quoad locum, vel re-
sistat si est durum, vel cedat si est molle, quorum neutrū
effet necessarium, si 2. possent simul esse in eodem loco.
P. 2. Ex incommodis, quæ sequerentur ex naturali pene-
trabilitate corporum; hac enim admissa species ex corpo-
ribus penetratis emissæ in aëre confunderentur, nulla pos-
set fieri divisio corporum, agentia quia habent contrarias
qualitates, se mutuò impedirent, omnia in unum punctum
confluerent, &c. quæ incommoda ut natura caveret, cor-
poribus concessit quantitatem, quæ est radix impénétra-
tionis. P. 2. pars: 1. Ex mysteriis fidei: Christus in SS.
Eucharistia habet partes sui corporis penetratas, in nativi-
tate penetravit uterum B. V., in resurrectione lapidem se-
pulchralem, post resurrectionem januas clausas, in Ascen-
sione cœlum Empyreum. 2. Subtilitas gloriosi corporis
communiter explicatur per penetrabilitatem, quam cor-
pora Sanctorum post resurrectionem acquirent. 3. Nul-
la appetet implicantia penetrabilitatis 2. corporum, ergo
potest dari. Objic. 1. contra 1. part. Sagæ per minutissi-
mas

mas rimas transeunt; fulmen consumit ferrum, illas va-
ginas, neutrum potest fieri sine penetratione. Resp. N. m.
& dico, sagas vel non transire, sed fieri merita sensuum illa-
lusionem a dæmone, vel hunc illis aperire fenestras, aut ja-
puas tanta velocitate & silentio, ut nemo advertat. Ad 2.
dico, fulmen propter suam subtilitatem posse per vaginas
poros ingredi, & ferrum liquefacere. Objic. 2. Vas aqua;
y. g. plenum capit nihilominus aliquot nummos, qui ioini-
ciuntur, ergo sit penetratio. Resp. aquam superius in ex-
tremitate turgescere, quod satis indicat, nullam fieri pen-
etrationem, alias sive pauci, sive multi nummi injiciantur,
aqua nec turgescere nec effluere debet. Objic. 3. Vi-
trum plenum cinere tantundem capit aqua, quam si esset
vacuum, ergo cinis cum aqua penetratur. Resp. 1. N. A.,
quod prorsus tantundem capiat, praesertim, si cinis est fri-
gidus, aut valde compressus: si vero calidus est & rarius,
Resp. 2. multas particulas aeris cum cinere permixtas post
affusam aquani exspirare, ipsum cinerem condensari ac
comprimi, multas denique aqua partikelas evaporare, qua-
ratione faciliter salvatus experientia absque ulla penetratio-
ne. Objic. 4. contra 2. part. Quantitas facit corpus for-
maliter impenetrabile, ergo non potest ab alio penetrari,
alias esset, & non esset penetrabile. Resp. quantitatem
solum facere, ut corpus sit naturaliter impenetrabile, sive
ut exigat, actu non penetrari, quae exigentia manet, licet
actu penetretur, sicut in aqua manet exigentia frigoris, li-
cet sit calida: unde corpus, dum penetratur, manet impe-
nitrabile, & solum hoc sequitur, corpus actu penetrari,
& exigere, ne penetretur, quae non sunt contradictoria.
Objic. 2. Partes ejusdem quantitatis non possunt invicem
penetrari, ergo nec quantitates 2. corporum. P. A. Es-
sentia quantitatis est, ut ponat partes extra partes, ergo u-
na pars quantitatis non potest esse in altera. Resp. N. A.
ad prob. dico, essentiam quantitatis esse, ut exigat, poni
partes extra partes, non autem ut semper actu ponat. Ob-
jic. 3. Partes quantitatis successivæ, sive temporis non po-
sunt poni in eodem tempore, ergo nec partes quantitatis
continuæ permanentis possunt poni in eodem loco. Resp.
N. C.

N. C. quia quantitas successiva essentialiter dicit prius, & posterius, quæ repugnat simul ponit; quantitas autem permanens essentia non dicit actualem extitatem partium sed solum exigentiam, ut una pars sit extra alteram.

Assert. 57. Tempus extrinsecum est numerus motuum secundum prius & posterius. Sive, est pluralitas quædam mutuum durantium, quorum unus præcedat, alter sequatur; ab his motibus longitudinem, aut brevitatem laboris, quietis, & universim nostrarum actionum, imo etiam virtutem ac virtutem nostram metimus. Tempus aliud est universale, & omnibus notum, aliud particulare, & solum paucis notum: universale consistit in motu solis, lumen, vel aliorum siderum, qui ubique notus, semper uniformis, & maximè regularis est: pro particulari tempore serviant horologia, clepsidrae, pulsus arteriarum, cogitationes sibi succedentes, & quævis operatio successiva h. e. talis, quæ cum aliqua successione suarum partium elicetur. Unde etiam iij, qui detinentur in obscurissimo carcere, ubi nec motum solis, aut stellarum nec aliud horologium videre, vel audire possunt, notant nihilominus, & conqueruntur temporis suæque longitudinem, quam proinde solum à suis cogitationibus, aut aliis actionibus vitalibus, quas exerceant, & numerant, metiri debent. Objic. 1. Ergo tot sunt tempora, quot motus successivi. Resp. tot sunt tempora particulaaria, & in actu 1. C. universalia, vel in actu 2. sive actu adhibita pro mensura nostrarum actionum, N. Objic. 2. Tempus componitur ex præterito & futuro, quæ in se non sunt, ergo etiam tempus non est, ergo non potest esse mensura nostrarum actionum. Resp. D. A. quæ in se non sunt simul, C. A. successivæ, N. A. & C. Objic. 3. Si tempus includit prius, & posterius non datur tempus præsens, quod enim est præsens, est solum instans indivisible, & particula temporis. Resp. non datur tempus, quod est præsens secundum omnes sui partes, C. quod est præsens saltem secundum unam sui partem, N. Objic. 4. Este prius ac posterius est æque ignorant ac tempus, ergo istud male definitur per illud. Resp. N. A. est enim cuivis ex terminis notum, quid sit præcedere, quid subsequi. Objic. 5. Si

nullus daretur motus, sed mera quies, adhuc daretur tempus, quia posset dici, quanto tempore res quieverit, ergo temp^s male definitur per motum. Resp. N. A. & ejus prob. & quaenam mensura posset longitudo quietis desumi? datur ergo in tali casu immobilis quaedam aeternitas, sicut dabatur ante creationem mundi. Objic. 6. Posset dari idem tempus, licet motus, vel solis, vel alterius entis mobilis cessaret, ergo tempus non est numerus motuum. Resp. si motus solis cessaret, alia tamen moverentur, fore idem tempus formaliter, sed non materialiter: formaliter idem esset, quia rem eidem spatio temporis affigeret, & eodem modo ab aliis durationibus distare faceret: materialiter esset aliud, quia non esset motus ejusdem entis. Objic. 7. Motus cœli, vel aliorum mobilium, qui hoc anno datur, potuisse dari ante annum, vel vicissim, atque tempus huius anni non potuisse dari ante annum, ergo non consistit in numero motuum. Resp. D. M. motus cœli materialiter solum, & secundum se spectatus, C. M. spectatus formaliter una cum suis durationibus, N. M. & D. C. non consistit in numero motuum secundum se, C. C. in numero motuum durantium, N. C. Objic. 8. Tempus est quantitas continua, numerus est quantitas discreta, ergo tempus non consistit in numero. Resp. numerum numerantem esse quantitatem discretam, non verò omnem numerum numeratum, qui in definitione temporis intelligitur, & potest etiam esse continuus, ut patet in pluribus punctis unitis, & eandem lineam constituantibus: cum ergo etiam motus, v. g. cœlorum continuo, & sine interruptione fluat, rectè quantitas continua dicitur.

Assert. 58. Tempus intrinsecum, seu duratio distinguatur à redundante, & tempore extrinseco, est entitas rei duranti intrinseca, per seipsum unita, & modalis. Duratio est forma denominans rem hunc, vel aliquando existentem. P. 1. pars: Potest simpliciter existere res, v. g. Petrus & tempus hodiernum, quin Petrus hodie existat, ergo duratio hodierna est separabilis, & distincta à Petro, & tempore hodierno. P. A. Si Petrus primum cras produceretur, simpliciter, & ipse, & tempus hodiernum existet, nec tamen Petrus

crus hodie existeret. Item : erit crastinum tempus, & eris antichristus, qui tamen cras non erit, ergo eum cras extinguum est aliquid ab utroque distinctum. Item : fuit tempus Nativitatis Divinæ, & fuit homo, ante annum mortuus, hic tamen non fuit pro illo tempore. Conf. Duratio longior addit rei majorem perfectionem intrinsecam, ergo distinguitur à re durante (quæ in se non est alia, sive diu, sive breviter durer) & tempore extrinseco, quod etiam per se intrinsecè non perficit. P. A. Duratio longiore est major participatio æternitatis divinæ, ergo est major perfectio, & quidem intrinseca, nam P. 2. pars : Si Deus omnina præter rem durantem destrueret, ea adhuc posset longiore, vel breviore tempore durare, ergo duratio est perfectio rei intrinseca. P. 3. pars : Duratio nec divinitus potest existere sine re durante, ergo non est necessitas, eam distinguendi ab unione sui. P. 4. pars : Duratio omnium iudicio unicè intenditur, ut rem, ad certum tempus indiferentem, determinet, ergo ex fine suo est pura determinatio rei indifferantis, ergo modus. Objic. 1. Repugnat Petrum, & tempus hodiernum simul existere, quin Petrus hodie existat, ergo Petrum hodie existere nil est, quam simultas existentis Petri, & temporis hodierni. Resp. vel ista simultas significat aliquid separabile à Petro, & tempore hodierno, vel nihil significat separabile ? si 1. habetur intentum, nempe Petrum hodie existere esse duracionem à Petro, & tempore hodierno distinctam. 2. Non potest dici, quia Petrus, & tempus hodiernum possunt existere, quin simul existant, ergo simultas ista est aliud ab utroque separabile. sicut duratio. Objic. 2. Hoc ipso, quod existat mea duratio, & duratio hujus motus cœlestis, hæ durationes coexistunt, ergo etiam, si Petrus existit, & hic motus, coexistunt. Resp. N. C. nam istæ durationes non sunt indifferentes, ut coexistent; Petrus verò indifferens est, ut hujc vel alteri motui coexistat. Objic. 3. Si duratio est entitas superaddita, possem hodie jam habere durationem Anni 1700., posset enim Deus hanc duratiōnem, relicitis intermediis, producere, & mihi dare : atqui est ex terminis absurdum, me hodie, dum alii pro An-

no

uo 1697. durant, durare pro Anno 1700. Resp. N. seq. quia duratio quævis ex essentia sua certo tempori est alligata; sicut ubicatio loco, ergo sicut ubicatio hujus loci non potest ponи alibi, ita duratio, annis subsequentibus affixa, non potest hodie produci. Objic. 4. Potest quis in rīpa fluminis sedens fieri successivè vicinus diversis partibus aquæ fluentis, licet quoad locum non mutetur, ergo qui præcisè existit, potest coexistere diversis motibus cœli, sibi continuò succedentibus, licet intrinsecè quoad tempus non mutetur. Resp. N. C. quia in priori casu jam datur forma permanens nempe ubicatio, quæ ex se est determinata, ut talem faciat vicinum diversis aquæ partibus: ex eo autem, quod aliquis præcisè existat, cum indifferens sit ad coexistentium huic, vel illi motui, nondum habet formam eum determinantem ad coexistentium huic motui, vel tempori fluenti, nisi superaddatur duratio, tollens indifferenciam, & intrinsecè eum immutans. Objic. 5. Deus hodie existere est denominatio extrinseca, sive eam Deus hodie, sive cras, pereudie, &c. existat, intrinsecè non mutatur, ergo etiam Petrum existere hodie, est denominatio extrinseca. Resp. N. C. Deus enim per suam æternitatem est essentialiter determinatus, ut cuicunque tempori extrinseco, & existenti coexistat, Petrus vero intrinsecè indifferens est, ut huic vel alteri tempori coexistat, ergo debet ista indifferencia per formam intrinsecam tolli. Objic. 6. Indifferencia Petri ad existendum, vel non existendum non debet tolli per formam distinctam à Petro, ergo neque indifferencia ad existendum hodie. Resp. N. C. nam existentia Petri non est separabilis a Petro actu existente, sicut existentia ejusdem hodie, quia potest Petrus existere, quin hodie existat.

Assert. 59. Duratio rei probabilitas distinguitur ab actione produtiva ejusdem. P. 1. Duratio singulis instantibus mutatur, actio potest per plura instantia manere eadem, quia ejus specificativa, nempe agens terminus, & passum possunt manere. Conf. Deus eandem actionem Angeli, v.g. non posse per plura instantia continuare, gratis fingitur, ergo actio, & duratio non identificantur. 2. Juxta

Adversarios sequitur 1. visionem, vel alium actum vitalem, qui hodie elicetur, non potuisse heri, aut alio tempore eliceti. Item me in ictu oculi aliquot millia visionum elicere, & in continuatione actus liberi boni, vel mali dari perpetuam vicissitudinem, ut post unum actum liberum sequantur innumerii necessarii, donec nimis post innumera momenta Angelica, à nobis indiscernibilia, quæ in unico instanti nostro continentur, & in ista oculi transeunt, succedit tempus à nobis discernibile, quo ab actu cessare, vel eundem liberè continuare possumus: atqui istæ seqq. sunt contra communem sensum. P. 3. Res potest esse prior naturâ ad suam durationem, non verò ad actionem, ergo non sunt idem. P. A. Res est prior naturâ ad ubicationem, ergo etiam ad durationem. Conf. Duratio temporaria est proprietas Physica rei, sicut æternitas est proprietas Metaphysica Dæi, ergo duratio est posterior naturâ, & res exigens durationem tanquam bonum sibi debitum est prior. Objic. 1. Causa debet presupponi ut existens tunc, quando producitur effectus, ergo res non potest esse prior naturâ ad durationem, aliàs duraret, antequam haberet durationem. A. P. Causa debet pro priori habere omnia requisiæ ad effectum tunc producendum, sed inter ista requisita est etiam duratio. Resp. D. A. debet presupponi ut radicaliter existens tunc, C. A. ut formaliter existens tunc. N. A. inter requisita in ordine ad durationem producendam est solùm duratio radicalis. Dices. Causam existere radicaliter tunc, est tunc dari radicem seu exigentiam causæ ad durationem formalem, sed tunc dari radicem non potest concipi sine duratione formalis. Resp. N. m. potius enim contrarium debet dici, quod tunc dari radieem, & exigentiam nondum sit duratio formalis, sicut universim exigentia rei non est ipsa res. Objic. 2. Si actio, & duratio distinguuntur, homo non plus meretur per actum amoris continuatum integrâ horâ, quam per alium durantem unicō instanti. P. seq. in tali continuatione non daretur novum exercitium libertatis, maneret enim juxta nos idem actus voluntatis, ergo nec daretur novum, aut majus meritorum. Resp. N. seq. ad prob. N. A. quia quoties occurrit novum

novum instans discernibile, quo homini novum motivum ad actum continuandum proponitur, toties etiam datur novum exercitium libertatis, & novus actus saltem physice diversus, licet moraliter sit idem cum priore. Objic. 3. Actio in suo formaliter conceptu involuit durationem, ergo identificantur. P. A. Actio est formalis determinatio per quam effectus habet esse nunc à sua causa, sed haec determinatio dicit durationem. Resp. N. A. ad prob. N. M. nam licet reipstā effectus non accipiat à causa neque per actionem habeat esse nisi in aliquo determinato tempore, hoc tamen tempus ad conceptum actionis æque parum pertinet quam locus, tametsi effectus suum esse non nisi in aliquo determinato loco accipiat. Objic. 4. Quævis actio, vel est 1. productio, vel conservatio, utraque dicit durationem, nam 1. productio dicit, rem ante non fuisse, conservatio tem autem jam fuisse. Resp. utramque importare durationem solum in obliquo, unde non probatur identitas inter durationem, & actionem. Objic. 5. Actio non est separabilis à duratione, ergo nec distincta. Resp. D. A. à duratione aliqua inde terminata, C. A. à determinata, N. A. & C.

* Assert. 6o. Nulla creatura ab omni ubicatione, vel duratione absolvī potest. Creaturam absolvī ab omni ubicatione, est eam ita existere, ut nec hic nec alibi, sed nullibi existat, & absolvī ab omni duratione, est eam ita existere, ut nec nunc nec aliquando, sed nunquam existat. P. 1. pars: Cuivis creaturæ existenti Deus per suam immensitatem est intimè præsens, ergo etiam creatura est intimè præsens Deo, & eius immensitati; sed non est præsens toti, & adæquatæ immensitati, aliæ est imminens sicut Deus, ergo solum præsens est inadæquatæ immensitati, & alicui virtualitati ejusdem, prout nimirum immensitas aliquem determinatum locum dicit: atqui hac ratione etiam creatura in aliquo determinato loco existit. Conf. Quævis creatura si est intimè præsens alicui virtualitati immensitatis, aliquid de eadem participat, sed aliquid de immensitate participate est existere in aliquo loco, sicut esse imminens est existere in omni loco, P. 2. pars: Cuivis creaturæ existenti Deus

per suam æternitatem coexistit, ergo etiam creatura coexistit æternitati Dæi : non adæquatæ, alijs estet æterna sicut Deus, ergo solùm inadæquatæ, quatenus alicui virtualitati ejusdem, vel Dæo pro aliquo determinato tempore existenti coexistit : atqui sic creatura existit pro aliquo determinato tempore. Conf. Quævis creatura ex essentia est mutabilis, potest incipere, & desinere, &c. sed hæc omnia dicunt durationem ; nam quod est mutabile, nunc aliter se habet quam ante : quod incipit, nunc primò est, immediatè antè non fuit : quod desinit, nunc non est, immediatè antè fuit, ergo nulla creatura potest dari sine aliqua duratione. Objic. 1. Si creatura ex essentia est mutabilis, etiam ex essentia dicit durationem, ergo creatura identificatur cum duratione. Resp. D. A. dicit durationem tanquam terminum, quem exigit, C. A. tanquam aliquid adfuit essentiam spectans, N. A. & C. non enim duratio, sed solùm exigentia durationis cum creatura identificatur. Objic. 2. Creatura est prior naturâ ad suam durationem, & ubicationem, ergo potest sine iis concipi, ergo etiam existere. Resp. D. C. potest eoncipi præcisivè, ita ut intellectus abstrahat ab ubicatione, & duratione, C. C potest concipi positivè, ut intellectus positivè affirmet, creaturam existere, & neget, eam alicubi, vel aliquando existere, N. C. hinc autem plus non sequitur, quam creaturam posse pro aliquo signo rationis, item in intellectu, non autem pro instanti reali, & à parte rei sine ubicatione, & duratione existere. Objic. 3. Creatura est separabilis ab ubicatione, & duratione, ergo potest sine iis conservari. Resp. D. A. à quavis determinata, C. A. ab omni indeterminatè, N. A. & sic etiam C. & N. C. Objic. 4. Quod est prius naturâ, non indiger ad existendum eo, quod est posterius, sed creatura est prior, ubicatio, vel duratio est posterior naturâ. P. M. quævis res ad existendum indiger solùm causâ adæquatâ, ad quam non spectat id, quod est posterior naturâ. Resp. D. M. non indiger eo, tanquam medio in executione, & causante, quia est, C. M. non indiger eo tanquam alio indispensabiliter secum connexo, N. M. ubicatio, & duratio, licet non sint causa creaturæ, cum ea tamen alitn-

de

de connexionem habent. Objic. 5. Posito priori naturâ Deus est liber ad ponendum id, quod est posterius, ergo potest illud ponere, vel non, ergo positâ creaturâ potest non ponere ubicationem. Resp. D. C. potest illud determinatè ponere, vel non, C. C. illud indeterminatè, N. C. positâ creaturâ potest Deus hanc determinatam ubicationem, vel aliam ponere, non tamen potest nullam, sed debet aliquam indeterminatè ponere.

Assert. 6. *Quantitatis effectus formalis primarius est impenetrabilitas, sive reddere substantiam corpoream proxime, & naturaliter impenetrabilem cum alia simili* Quantitas est forma, à qua res magna, vel parva dicitur, sive radicaliter, sive formaliter: alia est quantitas perfectionis, alia molis: illa est certus gradus perfectionis, cui vis enti conveniens: ista rebus corporeis, & mensurabilibus propria est. Alia item est continua, alia discreta, illa partibus unitis, ista non unitis constat: quantitas continua alia est successiva, cujus partes successivè dantur; alia permanens, cujus partes sunt simul tempore, & si sunt in eodem loco, est intensiva; si verò partes sunt extra partes, est extensiva. De hac ultima loquitur assertio, & P. 1. Alius effectus, qui sit primarius, & quantitati proprius non videtur posse assignari: non *extensio partium*, quia hæc potest manere ablata divinitus quantitate, & quantitas dari sine tali extensione, ut patet in Eucharistia: non *distinctio realis partium*; hæc enim datur independenter à quantitate: non *mensurabilitas*, quæ primùm sequitur ex actuali extensione, potest dari sine quantitate, & vicissim: non denique *divisibilitas*; vel enim sumitur pro quacunque partium separabilitate, vel pro ea, quæ sit per scissionem, avulsionem, &c. prior potest dari sine quantitate, posterior ex impenetrabilitate oritur, ergo rectè impenetrabilitas præ quovis alio effectu assignatur. P. 2. Ab experientia, quod solæ res quantæ inter se non possint naturaliter penetrari, ergo signum est, id provenire à quantitate, euq' proinde effect' est impenetrabilitas, & quidē primarius, quia in nullo alio fundatur. Objic. 1. Extensio radicalis est prædicatum æque primarium, & proprium quantitatis. Resp. vel per hanc extensionem intelligitur radix, & ex-

gentia, ut partes non sint in eodem loco, sed extra partes; vel aliud? si 1. tunc est formaliter ipsa impenetrabilitas; Si 2. illud aliud, vel non est effectus quantitatis, vel posterius impenetrabilitate. Objic. 2. Quantitas ab Aristotele definitur per divisibilitatem, quantum enim est, quod est divisible in ea, quæ insunt, quorum utrumque, & unumquodque unum quid, & hoc aliquid aptum est esse, ergo divisibilitas esse prædicatum primarium. Resp. hanc definitionem fieri tantum per prædicatum secundarium. Objic. 3. Spiritualis ubicatio Angeli habet partes impenetrabiles, non tamen habet quantitatem, ergo potest dari impenetrabilitas sine quantitate. Resp. D. C. impenetrabilitas qualiscunque, C. C. impenetrabilitas substantiarum corporearum, N. C. Objic. 4. Duritas est radix impenetrationis, ergo haec non provenit à quantitate. P. A corpora dura resistunt sibi quoad locum. Resp. N. A. à duritate enim solum provenit resistentia corporum, ne sùd loco pellantur, non autem impenetrabilitas, alias corpora mollia possent penetrari. Objic. 5. Impenetratio est pura negatio, ergo non habet radicem positivam, ergo quantitas non est ejus radix. Resp. 1. T. A. & dico, quantitatem esse radicem impenetrationis non formaliter, quatenus negationem penetrationis propriè appetit, sed solum æquivalenter, quatenus adversatur actualem penetrationem. Resp. 2. N. A. nam impenetratio res ipsa sunt ubicationes diversarum classis, & aliquid positivum.

Assert. 62. Quantitas est accidentis realiter distinctum à materia, & aliis accidentibus, quorum est subjectum; ipsa verum in materia subsistens. P. 1. pars: In mysterio Eucharistiarum non manet materia, aut alia substantia panis & vini; manet autem quantitas, ergo distinguuntur. P. A. quoad 2. memb: manet effectus quantitatis, ergo etiam eorum radix; hec que enim sine ratione miracula multiplicari, & mysteria fidei credere difficultiora reddi debent, dicendo, Nam supplerem vicos absentis quantitatis. P. 2. pars: Accidentia tam eiusdem quam diversarum rationis, v.g. plures gradus caloris, item gravitas, color, calor, &c. possunt inter se, & comedem subiecta naturaliter penetrari, quod omnino erat nos

cessariū ad sp̄cēm accidentiū, quia intenduntur, ut perficiant substantiam, ergo distinguuntur à quantitate. Conf. accidentia sunt sufficienter impenetrabilia per unionem cum substantia impenetrabili, ergo non est ipsis necessaria propria impenetrabilitas. P. 3. pars: Accidentia non recipiuntur in toto composito, alias dispositiones, v. g. in ligno pro forma ignis tenderent ad propriam sui destructionem; tendunt enim ad destructionem ligni, ergo si totum lignum est subjectum dispositionum, eo delecto etiam dispositiones, quae non possunt esse sine subiecto, aut ad aliud transire, deberent destrui. Neque recipiuntur in sola materia, vel sola forma, alias hostia consecrata non posset circumferri, frangi, dividī, alterari, &c. sine novo miraculo, quia semper produceretur accidentis extra subjectum: aliud verò subjectum non potest pro accidentibus assignari quam quantitas, ergo hæc est subjectum. Conf. Non est contra naturam accidentis esse subjectum aliorum accidentium, nam modi accidentium recipiuntur in suo modifica-
to: deinde quantitas est ejusdem generis cum aliis accidentibus, est pura potentia accidentalis, non est activa, &c. quas conditiones suo modo habet etiam materia 1. quæ est subjectum formarum substantialium, ergo illa est subjectum accidentalium. P. 4. pars: Quantitas est prior naturā ad formam, ergo in ea non sustentatur, sed in materia. P. A. Dispositiones sunt priores naturā ad formam, ergo etiam earum subjectum, quod est quantitas. Objic. 1. contra 1. part. Materia ex sua natura exigit impenetratio-
nem, & actualem extensionem, ergo per seipsum est quan-
ta. Resp. exigit remotè & mediate, C. A. proximè & im-
mediatè, N. A. & C. sicut gravia mediante gravitate mo-
tum deorsum ita materia proximè quantitatem, & hac me-
diante impenetrationem exigit. Objic. 2. In myste-
rio Eucharistie species vini calefactæ reducunt se ad suum fri-
gus, & tamen non adest forma substantialis tanquam radix
reductiva, ergo possunt etiam effectus quantitatis manere
sine quantitate. Resp. N. C. quia aliunde probatur, hanc
potentiam reductivam identificari cum forma substantiali,
ergo non gratis dicitur, Deum supplere talis formæ defen-
sor.

Quum , quod autem quantitas cum materia identificetur, aliunde non probatur. Objic. 3. contra 2. part In composito non omnia ubicantur per unam ubicationem quantitatis, ergo non omnia fiunt quanta per unicam quantitatem. Resp. N. parit. nam quævis res debet esse formaliter in loco, per hoc verò, quod sit unita cum quantitate, nondum est formaliter, sed solum radicaliter in loco, ergo sola ubicatio quantitatis non sufficit, ut etiam alia unita sine loco : econtra unica quantitas facit, ut res secum unita sit impenetrabilis, h. e. exigat, cum alio non penetrari. Objic. 4. Quantitas non recipitur in forma substantiali nec in accidentibus, ergo non potest ea facere impenetrabilia : nam forma tribuit effectum formalem soli subjecto, cui unitur. Resp. N. C. quamvis enim forma effectum suum per se, & immediatè tribuat soli subjecto, cui unitur, eum tamen potest aliis mediater tribuere ; quantitas igitur solam materiam immediatè, reliqua verò mediater facit impenetrabilia. Objic. 5. contra 3. part. Accidentia sunt proprietates, & ornamenta formæ, ergo in ea debent recipi. Resp. N. C. sufficit enim accidentia exigiri à forma, & saltem modiatè in ea recipi. Objic. 6. contra 4. part. Forma substantialis est actus 1. & accidentalis est actus 2. ergo illa debet recipi in materia nondum actuata, & ista in actuata : atqui quantitas est forma accidentalis, ergo debet recipi in materia actuata, & habente actum 1. ergo in toto composito. Resp. N. C. nam forma substantialis est actus 1. & accidentalis est actus 2. in intentione, non autem in executione, in qua accidentia nempe dispositiones tanquam media præcedunt, & forma substantialis supervenit ; hæc tamen manet actus 1. in intentione, sive finis primatiori à naturâ in generatione substantiali intentus. Objic. 7. Forma substantialis dat materiæ esse primum, accidentalis dat esse secundum, ergo illa debet primò informare materiam, & postea quantitas, ergo hæc recipitur in toto. Resp. D. A. dat esse primum in intentione, & complerum, C. A. in executione, & incompletum ; N. A. nam esse incompletum sicut existentiam habet materia independenter à forma substantiali. Objic. 8. Tota substantia

stantia est subjectum denominationis, quia totum dicitur quantum, ergo etiam est subjectum receptionis, nam denominari sequitur ad esse. Resp. N. C. alias status homo esset subjectum recipiens intellectiones, & volitiones, quia totus denominatur intelligens, & volens: ut ergo totum sit subjectum denominationis, sufficit esse subjectum Physiscum secundum aliquam sui partem, vel mediatum, non immediatum, & secundum omnes partes.

Assert. 63. Repugnat in creatis dari infinitum categorematicum. Infinitum est id, cuius secundum quantitatem accipientibus semper est aliquid extra accipere, quod proinde per quascunque acceptiones partium finitas nunquam ita exhaustur, quin semper aliquid remaneat accipiendum. Dividitur in categorematicum, & syncategorematicum: illud partes infinitas actu positas, istud partim positas, partim possibiles includit. Unde infinitum syncategorematicum secundum suas partes actu positas est merè aliquid finitum, & solum eatenus infinitum dicitur, quatenus præter partes actu positas includit alias possibiles plures, & plures in infinitum. P. assert. 1. Implicat ens creatum, quod non habet determinatam speciem, seu essentiam, sed infinitum non haberet determinatam essentiam, quia quacunque facta additione, vel subtractione finita maneret idem, & si bi semper æquale infinitum. 2. Repugnat partem esse æqualem toti, sed admisso infinito pars esset æqualis toti; sit enim numerus infinitus, qui non tantum infinitas unitates, sed etiam infinitos binarios decenários, centenarios, &c. pro partibus includit: atque numeri binarii infiniti sunt æquales toti infinito, quia unum infinitum non est maius, vel minus altero. Item sit linea in infinitum extensa, à qua detrahantur 1000. palmi, qua subtractione facta erit utique linea adhuc infinita, quia infinitum per destructionem finitam non sit finitum; si vero manet infinita, est æqualis lineæ ut incidenti 1000. palmos: atque linea destituta 1000. palmis est pars, & includens eosdem est totum. 3. Unum infinitum non potest esse maius altero, alias id quod est minus, esset hoc ipso exhaustibile, & finitum, sed si daretur infinitum actu, fore unum maius alterum.

altero; datis enim infinitis hominibus esset utique infinitum capillorum notabilissimum, majus infinito hominum.

¶ Illud repugnat, ad cujus assertiam multa requiruntur essentialiter superflua, & inutilia, sed tale est infinitum, nam ad infinitum in numero requiruntur infiniti denarii, centenarii, millenarii, &c. adeoque etiam infinitæ unitates decimæ, centesimæ, millesimæ, &c. atqui istæ unitates suæ superfluæ, quia iis etiam ablati manet adhuc idem infinitum, modo adiut infinitæ unitates simplices, secundæ, tertiaz, &c.

§. Implicat numerus finitus maximus, h. e. talis, qui adjecta unica unitate evadat infinitus, quia finitum additum finito non facit infinitum: atqui in omni infinito, datur numerus finitus maximus: sit enim linea, v. g. habens infinitos palmos, ex quibus Deus unum certum designet, tunc ab isto palmo aliqui finitè alii infinitè distant, & palmi finitè distantes alicubi connectuntur cum palmo infinitè distante, alias non faciunt unam continuam linseam: atqui hac ratione ultimus palmus finitè distans compleat numerum finitum maximum, quia sequens palmus infinitè distans jam facit numerum infinitum.

Objic. 1. Deus potest nunc simul producere omnes effectus, quos potest producere, sed sic produceret nunc infinitos.

Resp. D. M. quos producere potest in collectione aliqua determinata & finita, C. M. quos potest producere in collectione indeterminata, sive in collectione alia, & alia in infinitum, illas omnes potest simul producere, N. M. & sub hac distinc. C. & N. m. & C.

Objic. 2. Deus potest facere majus omni finito, ergo infinitum. Resp. D. A. omni finito determinatè sumpto, seu quocunque assignabili, C. A. omni finito indeterminatè, & collectivè sumpto, N. A. & C.

Objic. 3. Deus habet potentiam infinitam, ergo potest producere infinitos effectus. Resp. D. C. syncategorematicè, C. C. categorematicè, N. C.

Objic. 4. Deus potest operari, ubiunque existit, sed existit in spatiis infinitis. Resp. D. M. ubiunque, h. e. in omni ioco distributivè sumpto, C. M. collectivè sumpto, N. M.

Objic. 5. Infinitus signis si existeret, posset producere infinitum calorem, ergo etiam Deus potest facere infinitum, quia non est minoris

boris potentiaz. , Resp. N. C. quia dato uno impossibili non est absurdum , sequi aliud ; Deus verò , & ejus potentia est aliquid possibile , ergo non debet posse producere effectum impossibilem. Objic. 6. Si infinita Dei potentia non potest producere infinitum , est superflua , quia non potest redigi in actum. Resp. in Deo non dari aliam potentiam infinitam , quām producendi effectus syncategorematice infinitos. Objic. 7. Omnes partes infiniti , v. g. omnes homines sunt possibles , ergo etiam totum infinitum hominum. Resp. D. A. omnes distributivè , sive in alia , & alia collectione finita , C. A. omnes collectivè , sive in una collectione indeterminata , N. A. & C. Objic. 8. Deus potuit ab aeterno singulis momentis aliquid producere , sed sic potuit infinitum producere. Resp. D. M. singulis determinatè sumptis , C. M. singulis indeterminatè , sive omnibus collectivè sumptis , N. M. Objic. 9. Deus potest tot homines simul producere , quot successivè , sed successivè potest producere infinitos , ergo etiam simul. Resp. D. m. infinitos syncategorematice , C. m. categorematice , N. m. & sub hac distincte , C. & N. C. Objic. 10. Deus cognoscit simul omnes creaturas possibles , ergo infinitas , ergo infinitum existit in mente Dei : atqui hoc est infinitum actu. Resp. 1. Dsum non aliter cognoscere infinitas creaturas , quām sicut sunt possibles , adeoque solum in alia , & alia collections finita , non verò in una collectione indeterminata. Unde Resp. 2. D. A. cognoscit simul , ut simultas se teneat ex parte objecti , N. A. ut se teneat ex parte cognitionis divinæ , C. A. & D. C. ergo cognoscit infinitas , syncategorematice , C. C. categorematice , N. C.

Assett. 64. *Infinitum syncategorematum est possibile.* P. 1. Est possibilis creatura perfectior , & perfectior in infinitum , ergo etiam infinitum syncategorematum in perfectione. P. A. de ratione potentiaz infinitaz , qualis datur in Deo , est , non posse expleri per effectum finitaz perfectionis , sed posse producere perfectiorem , & perfectiorem in infinitum. Conf. Infinita Dei perfectio est infinitè participabilis , ergo nulla creatura potest eam ita participare , ut non alia possit magis participare ; atqui creatura per hoc habet suam perfectiorem.

perfectiones, quod finito modo participet infinitam Deum perfectionem, ergo nulla habet tot vel tales perfectiones, & alia non possit habere plures vel maiores. P. 2. Possunt semper plura individua ejusdem, vel diversæ speciei in infinitum produci, ergo est possibile infinitum syncategorematicum in numero. P. A. Causa semper manet eadem tempore Deus, ergo semper potest similes effectus producere. Conf. 1. Infinita potentia Deus non potest exhaustiri per numerum finitum. Conf. 2. Angeli & anima rationalis sunt immortales, ergo habebunt durationes, & clementias vitales semper plures in infinitum. P. 3. Quacunque magnitudine, vel intensione potest dari major, & major in infinitum, ergo & possibile infinitum syncategorematicum in extensione, & intensione. P. A. Quævis magnitudo est creatura finito modo essentiam Deus participans, sed haec Essentiam potest alia creatura semper magis, & magis participare. Conf. Potest dari numerus hominum semper major, & major in infinitum, ergo cum reliqua corporea moles intendatur propter bonum, etiam terra, & reliqua elementa, immo & corpora cælestia, ut eorum influxus per debitam elongationem Universo consonet, debent posse semper magis, & magis crescere: si autem cælestium corporum magnitudo augeri in infinitum potest, etiam motus debet magis, & magis celer, adeoque intensio motus semper major, & major in infinitum esse possibilis. Objic. 1. Infinitum syncategorematicum non est in ulla determinata specie, seu essentia, quia quacunque additione, vel subtractione facta manet semper idem, & sibi æquale. 2. Ad ejus essentiam requiruntur plures partes superflue. 3. In infinito syncategorematico hominum, veldantur plures capilli quam homines, vel non? Si 1. unum infinitum est maius altero. Si 2. pars est æqualis toti. 4. Præter infinitum hominum, vel est possibilis adhuc alias numerus alterius speciei, vel non? posterius est evidenter falsum: si prius dicitur, ergo extra numerum infinitum est possibilis alias numerus, quod numero infinito repugnat. Pro solutione notandum, quod infinitum syncategorematicum, quia solum in potentia est infinitum, & nunquam adæqua-

te

tè actuabile, neque sit ens determinatum, neque possit per modum determinatæ collectionis accipi, neque cum alio comparari; nam hac ratione eo ipso natura, & essentia hæc jus infiniti everteretur. Resp. ad 1. hoc infinitum esse in aliqua determinata specie entis indeterminati. Ad 2. Resp. in ejus essentia, prout consideratur secundum id, quod existit, non dari partem superfluam, quia quavis ablatâ mutatur hæc essentiæ: si vero accipitur secundum partes, & collectiones possibles indeterminatas, quæ nunquam possunt simul existere, absurdum non est, in ea partes superfluas contineri, cum una chimera facilè aliam includat. Ad 3. Resp. infinita hominum, & capillorum quoad partes possibiles, & collectiones indeterminatas nec æqualia esse, nec inæqualia, quia hæc denominationes solum cadunt super entia determinata, quorum unum cum altero comparari potest; unde si hæc infinita accipiuntur secundum partes existentes, & collectionem determinatam, notabiliter sunt inæqualia, & collectio capillorum semper erit major collectione hominum. Ad 4. Resp. præter infinitum hominum esse alia entia possibilia, quia hoc infinitum secundum id, quod actu existeret, tantum est finitum, ergo nunquam actu continet omnem numerum possibilem, ergo extra illud possibilis est quævis collectio finita quorumcunque aliorum entium.

Assert. 65. *Vno continuativa non consistit in punctis copulantibus, nec identificatur cum partibus continuatis, nec rectè constituitur in proximus partium ubicationibus, sed est entitas superaddita exigens immediatas partium ubicationes, & probabilius est accidens.* P. 1. pars: Hæc puncta juxta suos met Patronos sunt indifferētia, ut has vel alias partes continui conjungant, ergo non possunt habere rationem unionis: possunt item hæc puncta materiæ per discontinuationem naturaliter destrui, & per continuationem produci, quod est contra naturam materiæ 1. Denique vel sunt extra partes, vel intra? non 1. quia cum sint etiam virtualiter indivisibilis, non faciunt extensionem, sed cum partibus penetrantur: dein si sunt extra partes non possunt servire pro unione, quæ debet esse in partibus. non 2.; vel enim occuparent totum

spa-

spatium divisibile partium, quibus intant, vel indivisibile non divisibile, quia indivisibile non potest locari divisibili liter: non indivisibile, aliâs Deus videret determinatum spatium partis æquale spatio puncti indivisibilis, & consequenter spatium partis non esset divisibile in infinitum. P. 2. pars ex separabilitate: Partes possunt esse modò continuæ, modò discontinuæ, ergo non uniuntur scip̄is saltu in continuo permanente; nam in successivo partes, quia ex essentia sibi proximè succedunt, unione superadditâ non indigent. P. 3. pars: Unio continuativa est unio Physica, ergo non consistit in complexo ex ubicationibus partium, quod est merè unio moralis. P. A. Si non esset unio Physica, possent contigua eo jure dici unum quid, quo continua; cùm inter illa non minus quam inter ista intercedat unio moralis. Conf. Duo lapides perfectè polliti, & immediate conjuncti adhuc sunt discontinui, ergo non habent unionem continuativam: atqui habent proximas ubicationes. P. 4. pars: Ex hactenus dictis. P. 5. pars: Unio continuativa intenditur in bonum partium, quæ continuantur, ergo intenditur propter aliud totum completem adæquate à se distinctum, ergo non est substantia sed accidens. Objie. 1. Si hæc unio est accidens, totum continuum est merè totum per accidens, sicut totum contiguum. Resp. totum per accidens posse sumi, vel pro toto, cuius aliqua pars est accidens, vel pro toto morali, cuius partes solum per unionem moralem sunt conjunctæ: continuum est totum per accidens in 1. non in 2. sensu, quia ejus partes ex intentione naturæ, & per unionem Physicam conjunguntur, quod non fit in toto contiguo. Objic. 2. Petrus & familia individua sunt tota substantialia, & simul integralia, ergo totum integrale non est accidentale. Resp. hæc individua esse tota substantialia, si essentialiter, non vero, si integraliter spectantur. Objic. 3. Unio continuativa, vel est unica indivisibilis, vel sunt plures inseparabiles, quarum singulæ cæteras respiciunt, vel sunt plures separabiles, quæ se invicem non respiciunt? nihil potest dici: non 1. vel 2. alias singulis momentis tota unio continuativa hominis, v. g. variaretur, cùm semper aliquid ante quæ

quæ materiæ pereat, & novæ acquitatur? non 3. quia si se
niones non habent respectum ad se mutuò, totum integrum
le pro parte involuit coexistentiam unionum partialium;
ergo sicut ista coexistentia ita unio continuativa est essen-
tialiter suens. Resp. hanc unionem esse complexum ex
plusibus partialibus, quæ secundum se nullum invicem re-
spectum habent, & hinc requiri coexistentiam unionum
partialium, ipsamque totalem unionem quoad durationes
simultaneas unionum partialium esse continuò fluentem;

Objic. 4. Vel singulæ partes habent suam specialem uni-
onem, vel semper 2. partes habent unam communem in utra-
que receptam? non 1. quia inter 2. partes videtur uni-
ca sufficere: non 2. aliæ sensu materiale indivisibile, nem-
pe unio, existeret in duplice spatio divisibili 2. partium,
quod videtur implicare. Resp. inter 2. partes dari unicam
unionem in utraque parte receptam, neque repugnare,
quod ens materiale indivisibile ponatur in spacio divisibili;
ut si fit in rarefactione, & animabus brutorum, si sunt inde-
visibles. Objic. 5. Si quævis unio partialis occupat spa-
tium divisibile 2. partium, tunc existit in duplice loco, sit
partes habent 2. ubicationes, ergo talis unio esset repli-
cata. Resp. N. C. quia solùm existeret in duplice loco in-
adæquato.

Affert. *Nec Mundus, nec alia creatura potuit existerere ab æter-
no.* P. Vel existeret per durationes successivas, & infini-
tas, vel per unam durationem indivisibilem, & virtualiter
à parte ante infinitam? atqui tam hæc unica duratio indis-
visibilis, quam illæ successivæ implicant, ergo etiam, ut
mundus ab æterno existat. P. m. 1. Implicat infinitum
categorematicum ex Affert. 43. sed durationes successivas
infiniæ essent tale infinitum. P. m. 2. Repugnat duratio
simpliciter impertransibilis, & perfectè commensurata æ-
ternitati Dñi, sed duratio indivisibilis, à parte antè infinita,
esset simpliciter impertransibilis: nam qui ab ætero-
no per talem durationem duraret, tamdiu duraret, quam-
diu alijs, qui ab hoc tempore duraret retrogrado ordine
in æternum à parte antè, sed hic haberet durationem sim-
pliciter impertransibilem, ergo etiam ille. Conf. 1. Du-
ratio-

ratione creaturæ est, posse singulis momentis à Deo destrui, sed creatura habens durationem indivisibilem infinitam non posset destrui; sicut enim talis duratio ex essentia per totam æternitatem existeret, & non posset destrui, ita faceret etiam creaturam æternum durantem, & indestruibilem. Conf. 2. Quævis creatura est capax mutationis; solus enim Deus immutabilis est, sed creatura habens durationem indivisibilem infinitam nō est capax mutationis, quia non posset se nunc aliter habere quam antè, cùm duratio indivisibilis non includat *nunc* & *antè*, vel aliam temporis differentiam, sed unum incommutabile *nunc* sit, sicut *Æternitas Dei*. Objic. 1. Tempus nunquam incepit, sed semper fuit, ergo etiam semper fuit motus, & ens mobile. P. A. Si tempus incepit, tunc antequam inciperet, non fuit, sed tò *antequam* significat tempus, ergo tempus fuit, antequam inciperet. Resp. tempus reale tam intrinsecum, quam extrinsecum incepisse: quando dicitur tempus, antequam inciperet, non fuisse, per tò *antequam* denotatur tempus imaginarium, quod omnia fuit ante tempus reale. Objic. 2. Omnis negatio contingens potest tolli, sed negatio mundi ab æterno est contingens, ergo potest tolli, & ipse mundus ab æterno ponit. Resp. negationem mundi existentis simpliciter, & pro determinato tempore esse contingentem; & posse tolli; negationem vero mundi existentis ab æterno pro tempore indeterminato esse necessariam, quæ non potest tolli. Objic. 3. Mundus semper potuit existere, quia non est assignabile tempus, quo non potuit existere, ergo potuit ab æterno existere. Resp. D. A. semper syncategorematicè, C. A. categorematicè, N. A. & sub hac distinct. C. & N. C. unde non est assignabile tempus determinatum, quo non potuit existere. Objic. 4. Deus est causa perfectissimè sufficiens, & fuit ab æterno. ergo potuit ab æterno producere effectum. Resp. N. C. quia non est sufficiens ad producendam chimeraim. Dices. Ergo Deus ab æterno fuit otiosus, item debuit in producendo mundo exspectare usque ad determinatum tempus: utrumque est inconveniens. Resp. N. illat, nam Deus ab æterno ad intra operatur, estque

que purissimus actus; ergo non fuit otiosus; nec exspectare debuit, quia hoc idem est, ac omittere per aliquod tempus operationem, & differre ad aliud, sed ante mundum non fuit tempus. Deinde nullum tempus est assignabile, quo vel ante quod Deus non potuit mundum condere. Objic. 5. Absurdum est, Deum posse solùm operari in tempore finito, ergo potest infinito, & ab æterno. Resp. D. A. in tempore tam actu quam potentiam finito, C. A. in tempore actu finito, & potentiam infinito, N. A. & C. Objic. 6. Deus semper debet velle id, quod est melius, sed complexum ex Deo, & creatura est melius quam Deus solus, Resp. D. m. est melius extensivè, T. m. intensivè, N. m. & C. Objic. 7. Infinitum categorematicum est bonum infinitum, ergo rapit Deum ad sui amorem. Resp. esse bonum infinitum, si daretur, & simul non esse, quia hæc conditio non potest purificari. Objic. 8. Si spatium temporis est virtualiter in infinitum divisibile, quævis duratio æquivalet infinitis aliis, & tamen potest pertransiri, ergo etiam duratio indivisibilis æterna potest pertransiri: Resp. N. C. quia quævis duratio æquivalet solùm infinitis syncategorematice, quæ reipla sunt aliquid finitum: duratio autem indivisibilis æterna infinitis categorematicè æqui- valeret.

Affl. 67. Mundus in suo genere perfectus est. P. 1. ex illo Gen. 1. Videlique DEVS cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. 2. Mundus est speciale opus Dei infinitè sapientis, & perfectissimi Artificis, est item speculum, ex quo relucet hæc infinita Dei sapientia; sed si esset imperfectus, refunderet etiam imperfectionem in Deum, nec serviret pro speculo infinitæ ejus Sapientiæ. 3. Ædificium aliquod censemur esse perfectum, si singulæ ejus partes habent suam perfectionem, si in partibus datur distinctio, & varietas, & si in iisdem, non obstante varietate, datur perfectus ordo: sed hæc 3. habet hujus mundi ædificium, cuius nimirum singulæ partes suam essentialiæ imò, & accidentalem perfectionem habent, & datur ipi iis maxima non solùm specifica, sed & genericæ diversitas, qua non obstante habent perfectum ordinem, ut corpora gravia semper inferiorem,



levia superiorem, & quævis alia locum sibi convenientem occupent. Dices 1. In mundo dantur multa deformia, uti monstra, peccata, Tyrannides, &c. 2. Datur continua pugna inter elementa, & alia corpora, quæ habent antipathiam. 3. Multæ adhuc species sunt possibiles, quarum defectus nunc datur. 4. Multæ species, v. g. mulcæ, culices, araneæ, item herbæ quædam steriles sunt inutiles, & noxiæ. 5. Ingens individuorum multitudo videtur superflua. 6. Dantur morbi, egestas & ipsa mors, quæ omnia uti in se sunt defectuosa, ita faciunt etiam hunc mundum defectuosum. Resp. ad 1. monstris non deesse suam perfectionem etiam accidentalem: deinde ex eorum comparatione apparent alia individua pulchriora, sicut virtutum splendor magis inclarescit ex turpitudine peccatorum, quæ insuper sunt occasio justitiae vindicantis, patientiæ aliarumque virtutum, & ad simile quid etiam tyrannides serviant. Ad 2. Resp. hanc pugnam non destruere rerum perfectionem nec inverttere ordinem, sed esse prorsus necessariam ad novorum individuorum generationem. Ad 3. Resp. inde solum sequi, mundum non esse ex omni parte perfectum, & potuisse esse perfectiorem, quod non uegamus, cum quo stat. esse in suo genere perfectum, & servire ad illum finem, quem in ejus creatione Deus præfixit. Ad 4. Resp. nec has species sua utilitate carere; nam homini, ut ait S. Aug. l. 3. de Gen. c. 17. quadrifariam commodæ sunt & ipsum, aut penaliter ledunt, aut salubriter exercent; aut utiliter probant, aut ignoranter docent. Ad 5. Resp. ejusmodi multitudinem non quidem ad conservandam speciem esse necessariam, servire tamen ad commendandam Dei liberalitatem. Ad 6. Resp. etiam ista, vel esse occasionem plurimarum virtutum, vel servire, ut inde species oppositæ magis elucescant, & commendentur.

Assert. 68. Cœli non sunt corpus simplex, sed compositi ex materia, & forma. Quod intelligimus non tantum de cœlo planetario & firmamento, sed etiam de cœlo Empyreo, & P. i. Cœli (altem inferiores Empyreo) fuerunt per veram generationem producti ex aquis, ergo eorum formaeducta est ex materia aquæ, ergo haec materia in cœlis remansit,

A colligitur ex illo Gen. i. *Dixit quoque DEVS fiat firmamentum in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis, & fecit DEVS firmamentum, divisitque aquas, quae erant sub firmamento, ab his, quae erant super firmamentum, vocavitque DEVS firmamentum cœlum.* 2. In cœlis datur proprietas materiæ nempe quantitas, item proprietates formæ scilicet lumen densitas raritas, &c. ergo etiam datur materia, & forma. 3. Si cœli essent corpus simplex, haberent modum essendi independentem à materia, adeoque longè perfectiorem quam anima rationalis, quæ saltem in 1. productione à materia dependet, sed hoc non potest admitti, ergo. P. m. Modus operandi sequitur modum essendi, sed animæ rationali competit perfectior modus operandi quam cœlis, ergo etiam perfectior modus essendi. Objic. 1. In Script. nomine cœli potest intelligi aér, ergo hic solum ex aquis generatus est, non cœli. Resp. N. A., nam in cœlo, & firmamento Deus posuit luminaria, quæ nemo dicit fuisse posita in aëre, ergo per firmamentum, vel cœlum non potest intelligi aér, qui non nisi impropriè cœlum dicitur. Objic. 2. Cœlum Empyreum suâ præstantiâ superat reliqua corpora materialia, ergo saltem hoc est corpus simplex. Resp. T. A.. N. C. hæc etiam præstantia anima potest refundi in formam, quæ haud dubiè excellentior est quavis aliâ formâ materiali, ut colligitur ex miris encomiis, quibus Scriptura cœlum Empyreum exornat, vocando illud, *Domum DEI, Thronum Excelsti, Ierusalem novam, &c.* Objic. 3. Universi perfectio requirit, ut in eo dentur omnes gradus entis, ergo debet etiam dari corpus simplex. Resp. illos solum gradus entis ad universi perfectionem requiri, qui sunt necessarii ad finem in hoc universo intentum, ad hunc verò non est necessarium corpus simplex. Objic. 4. Datur corpus simplex incompletum, v. g. materia 1. ergo etiam completum. Resp. N. C. quia propriæ habetur fundamentum, non verò pro posteriore. Objic. 5. Existentia materiæ 1. unicè probatur ex mutationibus substantialibus, sed in cœlis, qui incorruptibiles sunt, non datur talis mutatio. Resp. 1. T. M. N. m. dato enim, quod cœli non amplius sint substantialiter mutandi, saltem primò fuerunt producti ex materia. Resp. 2. existentiam

materiæ 1. in communī probari quidem ex mutationib⁹ substantialib⁹, ita ut, si talis nulla deprehenderetur, nec existentia materiæ 1. affirmari posset: quod autem in hoc vel illo particulari corpore detur materia 1., id potest etiam ex aliis rationib⁹ probari.

Assert. 69. *Materia cœlorum probabilitas est ejusdem speciei cum materiâ sublunari.* P. 1. Cœli sunt ex aquis geniti, ergo habent eandem materiam, qualis fuit in aquis: sed materia aquarum est ejusdem rationis cum alia sublunari. 2. Quantitas cœlorum est ejusdem rationis cum quantitate corporum sublunarium, ergo etiam materiæ sunt ejusdem speciei, quorum enim eadem est proprietas, eorum etiam videtur esse eadem essentia. 3. Forma cœlorū etiam sub materia ejusdem speciei cum sublunari idem officium exerceret, quod defacto exercet, ergo non est ratio attribuendi cœlis diversam materiam. Objic. 1. Si materia cœlorum non differt specie, sequitur cœlos esse naturaliter corruptibles. P. seq. Corruptio formarum sublunarium provenit ex appetitu materiæ ad formas contrarias, sed talis appetitus daretur etiam in materia cœlorum. Resp. N. seq. ad prob. D. M. provenit ex appetitu materiæ remoto, N. M. ex appetitu proximo ad formas contrarias, C. M. appetitus autem proximus ad formam contrariam non datur in materia cœlorum, in quam nimirum non possunt introduci dispositiones, exigentes destructionem cœlorum, & productionem formæ contrariæ. Objic. 2. Si materia cœlorum esset ejusdem speciei, daretur etiam in eā potentia receptiva formarum sublunarium, sed non datur. P. m. natura non concedit potentiam, quæ superflua est, & naturaliter in actum non redigibilis, sed talis esset potentia in materia cœlorum, quia sunt incorruptibles. Resp. C. M. N. m. ad prob. dico, naturam frequenter coocedere potentiam, quæ tantum per accidens non est in actum redigibilis, & talis est potentia in materia cœlorum, quia, quod defacto sit conjuncta cum forma incorruptibili, est ipsi per accidens; potissimum enim conjungi cum forma sublunari, & tunc ejus potentia naturaliter fuisset in actum redigibilis. Objic. 3. Daus potuisse in cœlis posse materiam diversam,

sam, quæ solùm fuisse ad formas cœli determinata, & incapax sublunarium, ergo probabilius defacto talem in eis posuit, cum constet materiam cœli nunquam esse cum forma sublunari uniendam. Resp. T. A. N. C. quod enim defacto non posuerit talem, patet ex nostris probationibus: deinde licet materia cœlorum forsitan nunquam sit habitura formam sublunarem, saltem aliquando habuit formam aquæ, quæ sublunaris est.

Assert. 70. *Forma cœlorum non est naturæ elementaris, est tamen probabilius naturaliter incorruptibilis.* P. 1. pars: Cœli carent proprietate, communi formis elementaribus tam simplicibus quam mixtis, ergo eorum forma non est naturæ elementaris; ubi enim datur diversitas proprietatum, etiam natura, & essentia diversa est. P. A. Omnia elementa, vel corpora mixta habent hanc proprietatem, quod motu recto moveantur sursum, si levia sunt, vel deorsum, si sunt gravia, nullum verò moveatur motu circulari, sicut cœli. Conf. Si forma cœlorum esset elementaris, suam materiam solùm separabiliter informaret more formarum elementarum, atqui inseparabiliter inhæret suæ materiæ, quia cœli sunt incorruptibles. P. 2. pars: Cœli nec à corporibus inferioribus, nec à se invicem possunt corrumpi, ergo eorum forma est naturaliter incorruptibilis. P. A. Corporum inferiorum tam generatio, quam conservatio dependet ab influxu cœlorum, ergo destruendo cœlos tenderent in sui ipsius destructionem: deinde cum cœli sint intenti in bonum, & conservationem mundi sublunaris, in quo maxima perturbatio ex eorum destructione sequetur, non censetur ipsis natura concessisse vim, sese destruendi. Conf. assert. Ex mirabili constantia, qua cœli tot jam sæculis absque sui mutatione incorrupti permanerunt in continua applicatione fortissimorum agentium, solis & aliorum planetarum, à quibus tamen mundus sublunaris longè remotior continuas mutationes patitur, ergo probabilius cœli ex natura sua sunt incorruptibles. Objic. 1. contra 1. part. Formæ cœlorum sunt ex aquis generatæ, ergo habent etiam naturam aquæ. Resp. N. C. alias ignis haberet naturam ligni, ex quo generatur. Objic. 2. con-

tra 1. part. SS. Litteræ s̄æpe memorant, cœlos esse mutandos, imò destruendos. Resp. SS. Litt. posse exponi, vel de aëre, qui subinde nomine cœli significatur, vel de mutatione solum accidentalí, vel si de substantiali loquuntur, dici potest, eam contingere virtute divina, qua non negamus eos posse destrui. Objic. 3. Defacto contigerunt mutationes substanciales, ut patet ex variis cometis, & aliis novis stellis, post aliquod tempus iterum disparentibus. Conf. ex maculis modò magnis, modò minoribus in sole observatis. Resp. ejusmodi phænomena, vel solum fuisse aërea, vel, si cœlestia fuerunt, producta esse supernaturali virtute ad terrorem hominum, vel virtute quidem naturali, non tamen ex materia cœlotum, sed ex quibusdam exhalationibus à sole ex mundo elementari ad se attractis, & accensis ac illuminatis, ut instar syderum luxerint. Ad Conf. Resp. maculas solares, vel esse quasdam partes fluidas à sole attractas, & cum eo gyrantes, vel esse ipsius solis partes riores; & propterea minori luce præditas, vel esse stellas quasdam, aut alia corpuscula magis, aut minus condensata, quæ infra solem oberrant, & eundem non nihil ecclipsant. Objic. 4. Non potest assignari radix incorruptibilitatis, ergo cœlis non convenit. Resp. incorruptibilitatem debere refundi in formam, quæ cum intenta sit ad bonum mundi sublunarisi, cuius destructio ex corruptione cœlorum sequeretur, intrinsecè exigit, ne in materiam, qui unita est, introducantur dispositiones ad novam formam secum incompossibilem.

Affert. 71. Cœli non sunt animati, nec moventur ab intrinseco, sed ab Intelligentiis. P. 1. pars: Anima est actus 1. corporis organici, ergo corpus, quod habet animam, debet esse organicum, sed in cœlis non datur corpus organicum nempe tale, quod constat partibus heterogeneis, & ad operaciones vitales ordinatis. Conf. In cœlis nullum apparet indicium animæ, ergo nec datur anima. P. A. Indicium animæ est operatio vitalis, scil. intellectio, volitio, sensatio, vel nutritio; in cœlis nulla apparet talis operatio. P. 2. pars: Quæ ab intrinseco moventur, ad bonum proprium, ut vel sibi convenientia querant, vel noxia fugiant, vel

vel ad suum centrum moventur, sed cœli non moventur ad bonum proprium, ergo. M. patet ab inductione omnium, sive se moveant motu progressivo ut animalia, sive moveantur deorsum ut gravia, sive sursum ut levia. P. m. Cœli moventur circulariter, & ad antiquum locum redeunt, ergo non querunt proprium bonum, alias eo obtento quiescerent, sicut gravia quiescunt, si ad suum centrum perveniant. P. 3. pars: Motus cœlorum est præcipuus, & gubernatus totius Universi, atque adeo etiam hominis, ergo, ne turbetur Universi ordo, qui prohibet entia nobilia ab ignobilioribus gubernari, non potest ab ente non intellectivo, sed debet ab intellectu, & quidem præcipuo procedere. Objic. 1. contra 1. part. Perfectio, conveniens corporibus sublunaribus, debet etiam convenire cœlestibus, sed sublunatibus convenit perfectio vitæ. Conf. Si cœli non sunt animati, sunt imperfectiores vilissimo vermiculo, aut plantâ. Resp. D. M. si utraque spectantur cum suis formis moventibus, C. M. secùs, N. M. Ad Conf. Resp. cœlos non esse imperfectiores, si considerantur unâ cum suis formis moventibus; sic enim considerati longe majorem perfectionem habent, quam quævis sublunaria. Dices. Saltum forma informans est in cœlis imperfectior, quam in vermiculo, aut plantâ. Resp. D. in consideratione Physica, & quoad unum prædicatum, C. in consideratione morali, & quoad reliqua prædicata, N. Objic. 2. contra 2. part. Cœli sunt primum in genere mobilium, sed primum in genere mobilium seipsum movet. Resp. T. M. D. m. si consideratur una cum sua forma movente, C. m. secùs, N. m. & C. Objic. 3. Sicut datur gravitas, movens ab intrinseco corpora deorsum, & levitas movens sursum, ita debet dari qualitas, movens ab intrinseco cœlos circulariter. Resp. N. parit. nam motus circularis cœlorum est supra perfectionem entis non intellectivi: deinde cœli non moventur in boum proprium. Objic. 4. Cœli habent potentiam ad finem, nempe ut influant in sublunaria, ergo habent etiam potentiam ad media, h. e. ad motum. Resp. D. C. habent potentiam passivam, & quidem positivam, C. C. activam, N. C. Objic. 5. contra 3. part.

Motus cœlorum debet esse invariabilis, ergo non debet procedere à causa libera, quæ posset motum variare, aut omnino cessare. Resp. in Intelligentijs, postquam se voluntati D e o plenissime subjecerunt, non esse periculum, quod motum varient, vel ab eodem cesserent contra voluntatem primi Motoris. Objic. 6. Saltem primum mobile debet à D e o moveri, ergo supremum cœlum non moveretur ab Intelligentia. Rep. D. A. mobile simpliciter primum, C. A. mobile primum corporeum, N. A. & C. Mobile simpliciter primum est aliqua ex Intelligentijs, quæ omnes à D e o primo Motore, & summo Bono amato moventur.

Assert. 7. Corpora cœlestia influunt in sublunaria, & indirectè etiam in voluntatem hominis, non tamen directè. P. 1. pars: Nam, ut experimur, sol calefacit, & exsiccat corpora inferiora, attrahit vapores, suo ad terram accessu, & recessu causat 4. anni tempora: Luna causat fluxum, & refluxum maris, secundum ejus incrementum, vel decrementum astræ conchylia, &c. crescunt, vel decrescent: formicæ in novilunio quiescent, in plenilunio etiam noctu laborant: circa diei noctisque confinia periculosæ ærorum mutaciones contingunt, ut ad occasum solis vis morbi invalescat, & vires deficiant, ad ortum vero morbus non nihil remittat, & vires rededant, &c. quæ experientiæ influxum cœlorum in inferiora manifestè evincunt. P. 2. pars: Cœli possunt influere in organa hominis, causando majorem unius humoris abundantiam, & alterius defectum, vel alias qualitates imprimendo, per quas voluntas prior redditur ad iram, tristitiam, amorem, &c. sed hoc est indirectè, & mediatae influere in voluntatem, quam tamen cœli non cogunt, sed instar tentationis solum inclinant, ut facile sapiens, qui astris dominabitur, resistere possit. P. 3. pars: Voluntas est potentia spiritualis, sed cœli, quorum influxus est purè materialis, non possunt directè agere in potentiam adæquatè spiritualem. Conf. Si cœlis competet immēdiata, & directa activitas in voluntatem hominis, ea non amplius ad suas actiones esset libera, utpote à cœlestibus impressionibus coacta. Objic. 1. contra 1. part. Omne a gens

gens vult sibi assimilare effectum, sed cœli non possunt sibi aliquid in sublunaribus assimilare, ergo non agunt in ea. Resp. D. M. omne agens particulare, T. universale, N. M. Objic. 2. Agens debet approximari passo, cœli non sunt approximati sublunaribus. Resp. esse approximatos non quidem in suo supposito sed in virtute. Objic. 3. Corpora cœlestia semper easdem vires habent, & eodem modo moventur, ergo si influerent in sublunaria, eosdem semper effectus producerent, quod tamen est contra experientiam. Resp. cœlos ideo non semper eosdem effectus producere, quia impediuntur à causis particularibus, quæ etiam habent vim agendi, & in vicinis corporibus diversas dispositiones cauſant. Objic. 4. contra 3. part. Cœli agunt in dæmones, hinc magi ad eos invocandos observant certas constellationes, & lunatici à dæmonibus secundum certa lunæ incrementa, & decrementa vexantur: atqui dæmones sunt entia spiritualia, ergo cœli possunt etiam in voluntatem hominis agere. Resp. N. M. nam dæmones sub certis constellationibus invocati adsunt magis, & faciunt quasdam actiones liberè, non vi constellationum, ut hac ratione magos inducant in errorem, & ad credendum, astris aliquam virtutem inesse: lunaticos verò ideo magis vexant in incrementis lunæ, quia tunc cerebrum magis est aptum ad operationes, quibus eorum phantasia turbatur.

Assert. 73. Generatio substantialis est mutatio totius in totum, non remanente eodem subiecto sensibili: ejus terminus formalis, & proximus est sola unio. Generatio h̄c accipitur, prout est conjuncta cum conversione, & significat mutationē unius substantiæ completæ in aliam: dicitur 1. mutatio scil. effectiva, sive actio productiva formæ ex subiecto, quod debet præexistere, & nunc aliter se habere quam antè. Dicitur 2. totius in totum, debet enim unum totum, sive substantia completa desinere, & alterum incipere, ad quod sufficit desinere, vel incipere unam, vel alteram partem totius. Dicitur 3. non remanente eodem subiecto sensibili nempe denominationis, per quod intelligitur substantia completa, quæ per sua accidentia denominatur sensibilis, & in generatione substanciali

tiali non debet manere eadem , sicut manet eadem in generatione accidental i , nam si aqua ex frigida fit calida , eadem aqua , quæ prius erat frigida , denominatur calida : e contra si ex ligno fit ignis , quod antea dicebatur lignum , & postea ignis , non sunt idem . P. nunc assert . quoad 2. part . Sola actio productiva unionis est generatio , sive mutatio totius in totum , sed hujus actionis terminus est sola unio , ergo & generationis . P. M. Per actionem productivam materiæ , vel formæ non mutatur , neque fit totum , nisi adiunio , qua solâ productâ , licet materia , & forma præexistenterint , jam datur mutatio totius in totum , ergo mutatio ista consistit in sola actione productiva unionis . Objic . 1. In generatione substantiali manet quantitas , sed hæc est subjectum sensibile . Resp . D. m. est subjectum sensibile receptionis , C. m. denominationis , N. m. & C. Objic . 2. Hæc definitio non convenit cœlorū productioni nec transsubstantiationi Eucharisticæ , nec Generationi Divinæ Filii , ergo non est bona . Resp . nulli debere convenire ; nam prima non est mutatio , secunda non est mutatio , per quam materia transit ab una forma ad aliam , tertia est generatio viventis , de qua infra . Objic . 3. Si generatio est mutatio , tunc id , quod generatur , etiam mutatur , & vicissim , sed hoc est falsum , nam ignis , v. g. dicitur generari , non mutari ; materia mutari , non generari . Resp . N. M. si-
c ut enim actio , vel visio , ita etiam generatio diversas de-
nominationes tribuit , & totum , vel formam generari , ma-
teriam verò mutati denominat . Objic . 4. In brutis , &
aliis totis materialibus non tantum unio , sed etiam forma
generatur , ergo etiam forma est terminus proximus gene-
rationis . Resp . N. C. quod enim in brutis etiam forma
generetur , est per accidens generationi , ad quam sufficit
generari unionem , ut patet in homine . Objic . 5. Ergo
si Deus inter animam equi , & formam , quam ponamus ge-
nerari , unionem crearet , talis equus potius deberet dici crea-
tus quam generatus , quia hic non daretur terminus proximus generationis . Resp . 1. posse in rigore transmitti il-
latum absque absurdo . Resp . 2. N. illat . quia genera-
ti est aliqua imperfectio afficiens totum , modò pars sit
gen-

generata, juxta illud : *bonum ex integra causa, malum ex quilibet defectu.*

Affert. 74. *In conversione formalis nec terminus ad quem simpliciter incipere, nec terminus à quo simpliciter desinere debet, sed sufficit illum incipere, & hunc desinere quoad unionem cum communione 3.* *Conversio est transitus unius rei in aliam, unde terminus à quo, & ad quem debent esse positivi: requiritur insuper commune 3.; quod transit, & in conversionibus naturalibus est materia, vel substantia completa; in supernaturali vero, qua per consecrationem substantia panis convertitur in corpus Christi, commune 3. sunt accidentia. Requiritur ulterius, ut inter terminum à quo, & ad quem debet aliqua oppositio, vi cuius in conversione terminus à quo destrui, & terminus ad quem produci debet: possunt autem hi termini vel ut totales, vel ut formales considerari: totales includunt, commune 3. tanquam partem, suntque ipsa tota, à quorum uno fit transitus ad alterum; formales sunt illæ partes, quarum una ex communi 3. expellitur, & alia introducitur.* Propter hanc diversam considerationem terminorum conversio alia est totalis, alia formalis: in illa terminus totalis in aliud totalem, in ista terminus formalis in aliud formalem convertitur. In conversione totali terminum à quo simpliciter destrui, & terminum ad quem simpliciter produci, certum est, ad hoc enim plus non requiritur quam ut una pars de priori toto pereat, & una in novo toto incipiat; tunc enim jam dicitur unum totum in aliud converti. P. nunc affert. 1. Ad conversionem Eucharisticam non requiritur, ut terminus ad quem scilicet corpus Christi simpliciter incipiat, alias deberet reproduci, quod est impossibile: eodem modo in conversione, qua forma alimenti per nutritionem transit in formam viventis, terminus ad quem nempe forma viventis non semper producitur de novo, ut patet in homine: atqui haec sunt conversiones formales. P. 2. Ad conversionem Eucharisticam non requiritur, ut terminus à quo simpliciter desinat, ergo ad nullam requiritur. P. A. ad hanc conversionem plus non requiritur, quam ad veritatem verborum consecrationis, sed ad istam veritatem non requiritur, ut terminus

nus à quo scil. panis simpliciter definat, ergo. M. fundatur in Concil. Trident. Sess. 13. cap. 4., ubi ex veritate verborum consecrationis colligit, factam esse conversionem totius substantiæ panis in Corpus Christi, &c. ergo quod sufficit ad istam veritatem, etiam ad conversionem sufficit. P. m. Ista verba, *hoc est Corpus meum*, essent vera, modò accidentib^z panis substaret Corpus Christi, & panis aliò transferretur ablique sui destructione, ergo hæc destrutio non requiritur. P. 3. Eatenus debet terminus à quo desinere, & terminus ad quem incipere, quatenus opponuntur, nam conversio unius in alium in eorum oppositione fundatur: atqui hi termini non opponuntur simpliciter quoad existentiam, quia possunt simul existere, sed tantum quoad inexistentiam eidem communi z., ergo tantum quoad inexistentiam terminus à quo desinere, & terminus ad quem incipere debet. Objic. 1. Conversio est desitio rei, & transitus à seipsa in aliam, sed quod definit, & à seipso transit, cessat omnino existere, ergo terminus à quo debet simpliciter petire. Resp. conversionem non esse absolutam desitionem rei, sed rei ut unitæ eidem communi z., nec esse transitum à seipsa simpliciter, sed à teipsa ut unita. Objic. 2. Terminus totalis à quo debet simpliciter destrui, ergo etiam terminus formalis. Resp. N.C. quia in conversione debet unus terminus alteri succedere in officio, & inexistere eidem communi z., ita ut uoio unistermini destruantur, & alterius producatur: atqui destructa unione etiam totum adeoque terminus totalis à quo, non verò terminus formalis debet destrui. Objic. 3. Si non requiriatur absoluta destrutio termini à quo, potest anima rationalis diei conversa in formam cadavericam, aut Corpus Christi in vermes, sed his modis loquendi offenduntur piaz aures. Resp. C. M. & dico, non offendit aures doctorum, has conversiones rectè explicantium. Objic. 4. Sequetur ulterius, Concil. Trid. malè ex veritate verborum consecrationis definitivisse omnimodam desitionem substantiæ panis, quia sufficit substantiam panis loco cedere. Resp. Concil. vel non definitivè absolutam desitionem substantiæ panis, sed solum desitionem quoad unionem, vel definitio nem

nem suam nō fundasse in essentia conversionis (quam Scholasticis examinandam reliquit) sed potius in eo , ne per conservationem substantiæ panis miracula sine uice necessitate multiplicentur . Objic. 5. Si non requiritur productio termini *ad quem* , non apparet , quomodo conversio Eucharistica sic transubstantiatio , nam terminus , qui producitur , nempe unio non est substantialis . Resp. dici transubstantiationem non à termino producto , sed ab introducto in commune 3. , qui est Christus . Objic. 6. Conversio est pto. ductio , sed non est productio quām termini *ad quem* , ergo hic debet produci . Resp. esse productionē termini *ad quem* non simpliciter sed ut uniti , adeoque tantum unionis . Objic. 7. Idem est terminus conversionis , & actionis productivæ , sed terminus conversionis est terminus formalis *ad quem* , ergo hic ipse est etiam terminus actionis . Resp. D. M. idem est terminus conversionis productus , & actionis , C. M. idem est terminus conversionis introductus , & actionis , N. M. & D. m. terminus introductus conversionis est terminus formalis ad quem , C. m. terminus productus , N. m. terminus enim productus conversionis est sola unio termini formalis *ad quem* .

Assert. 75. In corruptione totius substantialis non datur resolutio usque ad materiam 1. Corruptio est desitio rei in subjectum , vel (ut includatur etiam corruptio substantiæ panis , & vini , quæ sit per consecrationem) est desitio rei in aliud ; sive illud sit subjectum , ut materia respectu formæ , sive tantum commune 3. ut accidentia respectu panis , vel vini . Corruptio ordinariè connexa est cum generatione juxta illud : *generatio unius est corruptio alterius* , quæ connexionem naturaliter quidem in omni generatione substantiali , non vero in omni accidentaliter datur , quia quædam accidentia non habent contrarium , ut lux , species , &c. quorum generatio non est coniuncta cum corruptione alterius , nec corruptio eum generatione , nam tenebrae , quæ in generatione lucis desinunt , & in corruptione incipiunt , sunt mera negatio , & nihil . P. assert. 1. Ubi aliunde nulla est ratio in contrarium , rectè sequimur iudicium sensuum , alias possemus negare , eundem solem , & stellas , eandem domum , eundem

dem hominem esse hodie, qui fuit heri : atqui sensus iudicant, manere in genito, v.g. in cadavere eundem colorem, calorem saltem remissum, eandem extensionem partium, figuram, eadēm cicatrices, & alia accidentia, quæ erant in homine ; nulla verò ratio in contrarium est, quod non manent, sed omnia accidentia de novo producantur in genito, cùm rarissimè possit eorum causa productiva assignari, ergo.

P. 2. Si omnia accidentia pereunt, sequitur 1. materiam frustra disponi ad novam formam, cùm dispositiones in productione formæ pereant. Seq. 2. Num pro instanti, quo producitur forma, non habere determinatum ad hujus potius quam alterius formæ productionem.

Seq. 3. Dispositiones tendere ad propriam sui destructionem : quæ omnia videntur esse absurdā.

P. 3. Accidentia tam diu habent jus ad existendum, quamdiu non adest aliquid exigens eorum destructionem, sed quando, v.g. ex ligno fit ignis, non adest aliquid, exigens destructionem caloris, qui fuit in ligno.

Objic. 1. Nullum accidentem potest migrare de subjecto in subjectum, sed si accidentia, quæ fuerunt in corrupto, manent in genito, migrant de subjecto in subjectum.

P. m. Accidentium subjectum est totum compositum, adeoque etiam forma, sed accidentia transirent ab una forma ad aliam.

Resp. C. M. N. m. ad prob. N. M. nam accidentium subjectum est quantitas, & quantitatis materia, ut patet ex assert. 62. ; manet autem tam materia. quam quantitas eadem in genito, quæ fuit in corrupto.

Objic. 2. Si manet eadem quantitas, tunc materia firmius unitur cum quantitate, quam cum forma substantiali, sed hoc est absurdum, quia cum hac facit compositum实质的, & hoc ipso firmius, cum illa solūm accidentale, & minus firmum.

Resp. C. M. N. m. ratio adjuncta solūm probat, quod materia firmius adhæreat aliui formæ substantiali indeterminatè, quatenus eam magis appetit, non autem, quod dissolutio totius substantialis sit difficilior, quam totius accidentalis.

Objic. 3. Generatio juxta Aristot. est mutatio totius in totum, nullo sensibili remanente, ergo debent omnia accidentia perire.

Resp. N. C. nam per sensibile intelligitur subjectum denominata-

minationis sensibile, sive tota substantia completa, quæ per accidentia denominatur sensibilis. Dices. Aristot. dixit, *nullo sensibili remanente, quæ verba supponunt, dari plura sensibilia*: atqui datur unicum subjectum denominationis, ergo hoc non intelligitur nomine *sensibilis*. Resp. hoc signum *nullus* saepe etiam tantum uni applicari, sic aliquis dicitur nullum amplius habere patrem, licet habuerit unicum. Objic. 4. *Corruptis nobis corrupti* punitur omnia in nobis, ergo in morte pereant omnia accidentia: atqui eadem est ratio de corruptione aliarum substantiarum. Resp. 1. N. A. alias etiam anima, & materia perirent. Resp. 2. corruptis nobis corrupti omnia accidentia non simul pro unico instanti, sed paulatim & successivè, ut experientia docet. Resp. 3. D. A. corruptis nobis totaliter, C. A. corruptis nobis solùm quoad unionem, N. A. & C.

Afflert. 76. *In generatione substantiali expulsio formæ antiquæ est quidem simul tempore cum introductione formæ novæ, introduc[t]io tamen novæ formæ tam accidentalis, quam substantialis prioritate naturæ expulsionem antiquæ præcedit.* P. 1. pars: Si non essent simul tempore, tunc expulsio præcederet tempore, vel sequeretur introductionem? si præcederet, materia pro instanti expulsionis careret omni forma substantiali; si sequeretur, pro instanti introductionis haberet 2. formas substanciales: atqui neutrum est possibile. P. 2. pars: Natura per se nullius rei destructionem intendit, ergo quando frigus, v. g. ex aqua pellitur, & destruitur, debet Deus ut Author naturæ habere aliquod motivum ad istam expulsionem: atqui non habet aliud motivum, quam introductionem caloris; nihil enim aliud exigit destrui frigus, ergo introductio caloris est motivum, & prior natura ad expulsionem frigoris. Conf. Ideo in peccatore destruitur gratia, quia datur peccatum, ergo etiam ad destruendum aliud accidens Deus ab introductione oppositi moveatur. P. 3. pars: Expulsio proprietatum formæ antiquæ movet Deum, & est prior natura ad expulsionem ipsius formæ antiquæ substancialis, sed introductio formæ novæ substancialis datur in eodem signo cū expulsione proprietati formæ

formæ antiquæ, ergo etiam hæc introductio est prior naturæ tâ ad expulsionem formæ antiquæ. M. patet, quamdiu enim dantur proprietates formæ antiquæ, etiam hæc forma habet jus ad existendum, adeoque Deus non habet sufficiens motivum ad eam destruendam. P. ergo m. Positâ ultimâ dispositione pro nova forma, Deus habet motivum, ut simul hanc novam formam introducat, & proprietates formæ antiquæ expellat, ergo introductio ista, & expulsio dantur in eodem signo: unde in generatione ignis, v. g. ordo signorum est fœtè talis; in 1. signo datur ultima dispositio ad formam ignis, à qua dispositione Deus moveretur, ut in 2. signo simul ultimam proprietatem formæ ligni expellat, & formam ignis introducat; ab ista verò expulsione, & introductione determinatur Deus, ut pro 3. signo ipsam formam ligni expellat. Objic. 1. contra 1. part. Forma antiqua pro instanti, quo è materia pellitur, debet dari in materia, ergo pro illo instanti non potest dari introductio formæ novæ, ergo expulsio, & introduction non sunt pro eodem instanti. P. A. Nihil potest expelli è subjecto, vel loco, nisi in subjecto, vel loco sit tunc, quando expellitur. Resp. N. A. ad probationem dico, hoc verum esse in expulsione mechanica, quæ consistit in successivo conatu, tem loco movendi, non in Philosophica, quæ est primum non esse rei in subjecto, in quo prius extitit. Objic. 2. contra 2. part. Lux est formalis negatio tenebrarum, ergo introductio lucis est earundem formalis destrutio, ergo introductio non potest esse prior, sed est simul naturâ cum destructione. Resp. omnia esse vera, & hinc assertionem limitandam esse; ut solùm procedat in formis contrariè oppositis; quarum scil. utraque est aliquid positivum. Objic. 3. contra 3. part. Quando species Eucharisticae, v. g. panis in stomacho corruptuntur, & Corpori Christi succedit forma chili, introductio hujus formæ, & recessio Corporis Christi sunt simul naturâ, nam in 1. signo expelluntur proprietates panis, à quibus Corpus Christi dependet, & simul creatur materia 1. in 3. signo ex materia educitur forma chili, & recedit Corpus Christi, ergo introductio non est semper prior naturâ. Resp. doctrinæ omnibus ultima dispositio profanæ chili, in 2. signo panis

nam nostram denuò limitandam esse ad casus naturales.

Objic. 4. Quando in morte hominis animæ succedit forma cadaverica, hujus introductio, & illius expulsio sunt simul naturâ, ergo etiam in casibus naturalibus doctrina non est universalis. R. A. ad formam cadavericam nulla requiritur dispositio positiva, viventi contraria, à qua Deus moveretur ad expulsionem proprietatum viventis, sed sufficit dispositio negativa, sive quod non dentur amplius dispositiones pro anima; his enim destructis datur sufficiens motivum simul ad expulsionem animæ, & introductionem formæ cadavericæ. Resp. N. A. & dico, in morte hominis semper præcedere dispositionem positivam ad formam cadavericam, nempe vel nimiam alicujus qualitatis intensionem, per quam debitum temperamentum destruitur, vel discontinuationem alicujus membra principali, à cuius integritate vita dependet.

Objic. 5. Negatio impedimenti tanquam conditio est prior naturâ, sed expulsio formæ antiquæ est negatio impedimenti, sicut forma antiqua est impedimentum, ad introductionem formæ novæ.

Resp. D. M. negatio impedimenti inauferibilis, C. M. auferibilis, N. M. expulsio formæ antiquæ est negatio impedimenti, quod per ipsam introductionem formæ novæ aufertur.

Objic. 6. Deus ab ultima dispositio-
ne pro forma nova sufficienter movetur ad hanc formam introducendam, & simul ad antiquam, quia est incompos-
sibilis cum illa dispositio, expellendam, ergo introduc-
tio, & expulsio sunt simul.

Resp. Deum sufficienter mo-
veri simul tempore ad formam antiquam expellendam: quoad signa naturæ verò moveri immediate ad expulsi-
onem proprietatis formæ antiquæ, & introductionem for-
mæ novæ, quam utramque ultima dispositio immediate
exigit, & mediatè moveri etiam ad expulsionem ipsius for-
mæ antiquæ, quæ exigit conservari, quamdiu non destrui-
tur ipsius ultima proprietas.

Objic. 7- Deus ad expulsi-
onem formæ antiquæ sufficienter movetur à destructione
proprietatum illius, ergo non debet moveri ab introduc-
tione formæ novæ, ergo hæc introductio habet se imper-
tinenter, & non est prior.

Resp. D. A, moverur sufficienter

ter in actu 1. C. A. in actu 2. N. A. & C. Objic. 8. Connaturalius est, prius destrui causam quam effectum, ergo prius destruitur forma antiqua quam ejus proprietates, ergo expulsio formæ antiquæ est prior ad introductionem novæ. Resp. D. A. si adest immediatum destructivum causæ, C. A. si non adest, sed econtra adest immediatum destructivum effectus, N. A. & C. ultima enim dispositio, quæ pro forma nova ponitur, non exigit immediatè destruere causam scil. formam antiquam, sed effectum nempe ejus proprietates, quibus destructis etiam ipsa forma antiqua jus ad existendum perdit.

Assert. 77. *Intensio qualitatum fit per additionem gradus ad gradum.* Intensio est mutatio, per quam eadem qualitas in eadem subjecti parte magis perficitur, sicut per remissiōnem magis deficit: differt intensio ab extensione, quod hæc sit productio qualitatis in diversis subjecti partibus. P. assert. 1. Ex modo loquendi: nam intendi qualitatem est augeri, quod ex institutione significat additionem novæ entitatis ad præcedentem, ergo etiam intensio fit per eūmodi additionem. P. 2. Ex proportione inter intensiōnem, & extensionem; sicut enim ista fit per productionem plurium partium caloris, v. g. in diversis partibus subjecti, ita illa rectè dicitur fieri per productionem plurium graduum caloris in eadem parte subjecti. P. 3. Ex insufficiētia aliarum opinionum: non enim fit intensio per depurationem qualitatis contrariæ 1. quia possunt intendi lux, & aliæ qualitates, quæ carent contrario. 2. Hæc opinio admittit in eadem parte subjecti plures gradus qualitatis contrariæ, à quibus subjectum sensim depuratur, cur non possint in eadem parte subjecti dari plures partes, seu gradus qualitatis, quæ intendiuntur? 3. Calorifico & quævis intensio est positiva actio, ergo non tendit præcisè ad non esse rei, sive ad destructionem frigoris, sed ad aliquid positivum nempe ad novum calorem producendum. Neque fit intensio per mutationem qualitatis imperfectioris, in perfectiorem. 1. Quia per intentionem eadem qualitas perficitur, ergo non debet destui. 2. Habitus intenditur pro instanti, quo physicè ad æclum concurredit, ergo

pro eodem instanti existeret, quia ad actum presupponitur, & simul non existeret, quia intenditur, & destrui debet. 3. Quando passum remissem calidum ab agente summe calido magiscalefit, quid destruit remissum calorem? non passum; ponamus enim, ei non esse contrarium: non agens calidum, quia nullum agens qualitatem sibi accicam destruit: non Deus, quia ut Author naturae nihil producit, aut destruit nisi ad exigentiam causæ 2. Eodem modo, quando aqua calida, & auræ frigidæ exposita se ad suum frigus reducit, non potest explicari remissio per productionem minoris caloris, quis enim hunc calorem producit? Neque intensione sit per majorem, & remissio per minorem radicationem ejusdem qualitatis in subjecto; quid enim intelligitur per majorem radicationem? an perfectior unio, vel existentia qualitatis in subjecto? sed contra est 1. unio, & existentia consistunt in indivisibili. 2. Juxta hanc explicationem non solæ qualitates, sed etiam formæ substantiales possunt intendi, quod est falsum. 3. Per intensionem augetur vis operativa qualitatis, unio, & existentia non augent hanc virtutem, quæ nimurum ipsis non competit. 4. Si in intensione imperfectior unio, vel existentia destruitur, hæc opinio iis incommodis subjacet quibus præcedens. An major radicatio est additio novæ existentiæ, vel unionis in eodem subjecto? sed contra hanc explicationem pugnant imprimis argumenta priori objecta: deinde si in unione, & existentia potest dari additione gradus ad gradum, cur non etiam in ipsis qualitatibus? An major radicatio qualitatis est major carentia qualitatis contrariæ? sed contra est 1. hæc explication non præcedit in intensione qualitatis, quæ caret contrariâ. 2. Supponit dari partes, seu gradus in qualitate contraria, cur non etiam possint dari in ipsa qualitate, quæ intenditur? Objic. 1. Intensio cognitionis, motus localis, figuræ, &c. non potest fieri per additionem gradus ad gradum, ergo assertio non est universalis. Resp. assertione in intelligentiam esse de intensione qualitatum permanentium; enumeratæ ergo qualitates, & similia accidentia, vel omnino, non intenduntur, vel ex essentia aliter, nempe per mutationem

228 ASSERTIONES PHYSICÆ

nem unius formæ in aliam, intendi exigunt. Objic. 2. In mutatione debet perire terminus à quo, ergo etiam in intentione: atqui terminus à quo est minor, & imperfectior qualitas. Resp. 1. N. A. cuius falsitas patet in augmentatione. Resp. 2. D. A. terminus à quo formaliter sumptus, C. A. materialiter sumptus, N. A. in intentione terminus à quo formaliter sumptus est qualitas minor qua minor, & dicens negationem reliquorum graduum; materialiter sumptus est qualitas minor secundum se considerata: hæc manet, non verò illa. Objic. 3. Distinctio numerica accidentium desumitur à subjecto, ergo plures gradus ejusdem qualitatis non possunt esse in eodem subjecto, essent enim, & non essent distincti. Resp. N. A. alias in eodem subjecto semper antiqua lux deberet reproduciri, nec possente plura accidentia diversæ rationis in eodem subjecto recipi. Objic. 4. Si 2. accidentia ejusdem rationis essent in eodem subjecto, alterum esset superfluum, ergo non possunt esse. Resp. N. A. quia plures gradus, v. g. calorise eundem effectum formalem perfectius, majoremque vim activam, & resistivam subjecto tribuunt quam unicus. Objic. 5. Essentialia rerum consistunt in indivisibili, ergo essentia intentionis non consistit in pluribus gradibus. Resp. A. debere in sensu sano intelligi, alias repugnat alteri axiomati, essentialia rerum habent se sicut numeri, & esset falsum in omni toto essentiali, integrali, & morali. Consistit ergo essentia in indivisibili, quatenus habet certa prædicata essentialia, quorum uno dempto etiam essentia mutatur, quod etiam de essentia intentionis, & cuiusvis alterius totius verum est.

Assert. 78. Gradus intentionis probabilius sunt homogenei. Loquimur de intentione qualitatum naturalium; nam quomodo, aut per quos gradus gratia sanctificans, aut habitus supernaturales intendantur, Theologi viderint. P. assertio 1. Si essent heterogenei, tunc haberent diversitatem, vel in perfectione, ut semper posterior sit perfectior priore, vel quoad ordinem successionis, ut primus semper exigit produci ante omnes alios, secundus immediatè post primum, & sic de reliquis? neutram habent: non priorem,

tem, jaliàs gradus octavus, cùm sit cæteris perfectior eorumque productivus, faceret solus summam intensionem; & reliqui essent superflui, deberentque destrui, quando octavus introducitur, adeoque intensio fieret per mutationem qualitatis imperfectioris in perfectiorem, quod nec Advers. concedunt. Nec habent posteriorem; si enim in perfectione non differunt, non est ratio, cur unus exigat esse primus, alius secundus, alias ultimus, &c. Conf. posse existere sine alio, non dependere ab illo, posse diutius durare, esse minus obnoxium corruptioni, &c. sunt notabiles perfectiones, & convenient primis, non verò ultimis gradibus, ergo si gradus habent diversitatem quoad ordinem successionis, etiam in perfectione differunt. P. 2. Eotia sicut quoad numerum ita etiam quoad speciem non sunt multiplicanda sine necessitate, sed si gradus essent heterogenei, plus quam numero differrent adeoque quoad speciem multiplicarentur, & quidem sine necessitate. Objic. 1. Octo gradus, constituentes intensionem, sunt perfectiores, quam 100. v. g. constituentes meram extensionem, quia illi sunt magis activi quam isti, ergo priores sunt heterogenei à posterioribus. Resp. D. A. sunt perfectiores in se, N. A. in ordine ad subjectum, & ratione unionis intensivæ, à qua provenit major activitas, C. A. & D. C. sunt heterogenei quoad se. N. C. si spectantur in ordine ad subjectum, vel secundum suam unionem intensivam, quæ differt ab extensiva, C. C. Objic. 2. Subjectum & forma differunt specie, sed inter gradus semper unus est subjectum, alter forma. P. m. ex 2. entibus incompletis, & intimè unitis semper unum est subjectum, & alterum forma, sed gradus intensionis sunt ejusmodi entia. Resp. 1. N. m. ad prob. dico, ad hoc, ut inter 2. unum sit subjectum, & alterum forma, debere ea etiam esse immediatè unita, gradus intensionis verò immediatè quidem cum suo subjecto, v. g. eum quantitate, inter se verò solum medianè scil. mediante quantitate uniuntur: si verò etiam inter se immediatè unirentur. Resp. 2. posse concedi, ex gradibus intensionis priorem semper esse subjectum posterioris, qui est forma: unde D. M. subjectum & forma diffe-

xunt specie, si unum est essentialiter subiectum, & alterum
essentialiter forma, C. M. si tantum contingenter, N. M.
hoc autem, quod unus gradus sit subiectum, alter forma,
est ipsius contingens, potuisseque ille, qui est forma, esse
subiectum illius, qui nunc est subiectum, si fuisset ante il-
lum introductus. Objic. 3. Si gradus sunt homogenei,
non potest dari ratio quorundam effectuum, quos experi-
munt, & potest dari, si sunt heterogenei: nam 1. similes
non agit in simile. 2. In intentione priores gradus citius
& faciliter introducuntur quam posteriores, econtra in re-
missione posteriores citius expelluntur quam priores, nam
aqua, v. g. faciliter ex frigida fit tepida, quam ex tepida
fervens; econtra citius ex fervente fit tepida, quam ex te-
pida frigida. 3. In remissione non omnes gradus simul
pereunt, sed successivè unus post alterum, cur ergo hic po-
tius ante alterum, quam alius destruitur, cum omnes sint
ejusdem rationis, & similes? Resp. 1. heterogenitatem
graduum debere aliunde probari, & non præcisè singi ad
quandam talium experientiarum rationem, alias quidvis
aliud, & signatè singi potest series effectuum, quam tamen
pec Adverl. admittunt. Resp. 2. T. posse dari rationem,
si gradus sunt heterogenei, N. non posse dari, si sunt ho-
mogenei. Ad 1. ratio dabitur in seq. assert. Ad 2. dico,
ideo in aquam, v. g. faciliter introduci primos gradus calo-
ris quam ultimos, quia cum primi non ita sint noxii aquæ,
quam postremi (cum illis enim facile non verò cum his
potest consistere) natura dedit aquæ majorem vim resisten-
di postremis quam primis: econtra cum aquæ magis ne-
cessarii sint primi gradus frigoris. quam postremi (ab his
enim non ita dependet in conservari sicut ab illis) natura
concessit aquæ majorem vim retentivam, & reparativam
primorum quam posteriorum, ergo aqua tenacius retinet,
&, si deperditi sunt, faciliter reparat primos gradus frigoris
quam postremos, unde sua sponte sequitur, citius & faci-
lius expelli postremos gradus caloris quam primos. Ad 3.
Resp. 1. Dolum, sicut in productione, ita etiam in destruc-
tione ad individuum determinare. Dices. Ergo si ali-
quis gradus producitur, vel omnes ex qualitate opposita de-
bent

bent destrui, vel illi, qui destruitur, fit violentia; servat enim jus ad existendum, quamdiu non ponitur aliquid, determinatè ejus destructionem exigens. Resp. N. illat. & dico, ad alicujus gradus introductionem quemvis ex qualitate opposita conditionatè amittere jus ad existendum, si nimis Deus ipsum ad destructionem determinaverit, & simul retinere, si determinaverit aliud. Resp. 2. & suppositis iis, quæ in 2. respons. ad præced. object. dicta sunt, dico, cum debere priùs expelli, qui posterius introductus est, quia iste est solum forma respectu alterius priùs introducti, ergo potest sine detrimento alterius, & hoc ipso debet ante alterum destrui: cum econtra ex iis, qui priùs introducti sunt, nullus possit destrui, quin destruatur etiam aliud, cuius ille, qui destruitur, est subiectum.

Affert. 79. *Potest aliquid in seipsum agere actione equivoca, nulla tamen qualitas seipsum intendere in proprio subiecto, nec unum agens intensum in passum similiter intensum agere.* P. 1. pars: *Actione equivoca est productio effectus diversi à sua causa;* sed potest causa in seipso producere diversum effectum, sic ignis producit in se calorem, & lucem, anima suos actus vitales, gravia vel levia motum sursum, vel deorsum, & ubicationem, &c. P. 2. pars: 1. *Ab experientia,* nam aqua tepida, nisi ab extrinseco agens calidius applicetur, non fit calidior, ergo calor non potest seipsum in suo passo intendere. 2. *Ex incommodis;* si enim qualitas posset seipsum intendere in proprio subiecto, omnia intenderentur usque ad summum, & transirent in elementa, quod ut natura caveret, restrinxit virtutem activam qualitatum, ut non nisi in passo distincto possint aliquid producere. P. 3. pars: 1. *Ab experientia,* sic aqua tepida, alteri tepide astuta, nou auger ejus calorem. 2. *Finis agentium est,* assimilare sibi passum, saltem iuadæquatè, sed iste finis cessat, si passum jam est simile, ergo agens, agendo in simile, non haberet finem, ergo non potest agere. 3. *Si simile posset agere in simile,* posse agentia se reciprocis actionibus usque ad summum intendere, & nunquam decresceret sphæra activitatis, quod esset huic Universo maxime nocivum; atqui natura non censetur agentibus con-

cessisse virtutem nocivam, ergo limitavit eorum virtutem; ut non nisi in passum notabiliter dissimile possent agere; & adeoque ut agens possit passum in aliqua qualitate intendere, tanta inter utrumque dissimilitudo velut necessaria conditio requiritur, ut passum neque sit, neque per introductionem novi gradus fiat simile agenti. Objic. 1. contra 1. part. Idem non potest esse agens, & patiens, ergo nihil potest agere in seipsum. P. A. agens dat id, quod prius habuit, patiens accipit, quo caruit, sed idem non potest aliquid habere, & eo carere. Resp. N. A. ad prob. dico, agens dare id, quod prius habuit saltem eminenter, & patiens accipere id, quo prius caruit formaliter: sic igitur calorem, quem in se producit, prius habuit eminenter, deinde accipit formaliter, quod non repugnat. Objic. 2. contra 2. part. Intensio per antiperistastin non potest aliter explicari, quam quod eadem qualitas seipsum in subjecto intendat. Resp. qualitates amicas subjecto intendi ab ipsa substantia, cui inest qualitas; qualitates vero inimicas subjecto augeri ab agente extrinseco, quod occasione circumobstantis contrarii applicatur: sic in aqua puteali calor tempore hyemis proxenit à particulis ignitis in terra latenteribus, quæ propter frigus terram constringens non possunt exspirare, & aquam calefaciunt: frigus vero intensius in eadem aqua tempore æstatis causatur ab ipsa aqua, quæ, dum particulae ignitæ per poros terræ, eo tempore apertos, exspirant, liberata à suo contrario ad nativum frigus se reducit. Objic. 3. contra 3. part. Quinque gradus caloris, v. g. in materia densiore sunt magis activi, quam totidem in materia ratiore, sed isti possunt in passo alieno producece quartum gradum, ergo illi producent quintum vel sextum. Resp. D. M. sunt magis activi extensivè, & ad effectum citius producendum, C. M. intensivè vel ad producendum effectum intensiorem, N. M. & sub hac distinct. C. & N. C. Objic. 4. Aer tam frigidus non est uti aqua, & tamen ejus frigus ita intundit ut congeletur, ergo agit in simile. Resp. aquam ab aere solum defendi, ne ab extrinseco calefiat, à seipso vero summè frigesceri: congelatio non à solo frigore, sed partim ab exhalationibus siccis, & parti-

particulis aëreis, aliisque aquæ admixtis, quæ duritatem inducunt, causatur. Objic. 5. Duæ manus æqualiter calidæ per conflicationem magis calefiunt, ergo unus calor agit in alterum. Resp. N.C. nam major calor non à minore præexistente; sed ab anima, se ad suum calorem reducente, vel à motu, quo spiritus interiores ad exteriorum superficiem carnis eliciuntur, provenit. Objic. 6. Poteſt à radiis solaribus ope speculi reflexis, vel per globum vi treum aquâ plenum refractis calor in certo punclo ita intendi, ut etiam ignis oriatur, ergo saltem per actionem reflexam, vel refractam potest simile agere in simile; radij enim nos continent tam intensum calorem, qui ad ignem sufficiens esset. Resp. N.C. nam calor tam intensus, & ad ignem sufficiens non à radiis solaribus causatur, sed ab ipso sole, qui per actionem reflexam, vel refractam eidem punto passi pluribus viis applicatur,

Aſert. 80. Prima qualitates elementorum diſtinguuntur à ſubſtantia, ſuntque accidenzia poſitiva, & activa. Elementum definiunt eſſe corpus ſimplex, ex cuius mixtione alia corpora generantur, vel in quod alia resolvuntur: elementa ſunt 4. ſcil. ignis, aër, terra, aqua, & totidem etiam ſunt eorum qualitates, nimirum calor, frigus, humiditas, ſiccitas, quæ vocantur primæ, tum quia inter qualitates ſenſibiles, ad generationem, & corruptionem corporum diſponentes, præ certis eminent, tum quia ex earum attemperatione gravitas, levitas, durities, mollities aliaeque, ſi non omnes, ſaltem pleræque qualitates, ſenſu tactū perceptibiles, oriuntur. P. nunc 1. pars: Hæ qualitates manent in myſterio Eucharistiæ, poſſunt immediatè percipi ſenſibus; neutrū verificatur de ſubſtantia. P. 2. pars: Omnes qualitates poſſunt ſenſu tactū percipi, ergo ſunt poſitivæ, & non meta privatio. Item producuntur ſuccellivè, ut ab experientia conſtat, ergo quævis habet aliquid poſitivum pro contrario: atqui ipſæmet qualitates inter ſe opponuntur. P. 3. pars: Per humiditatem putrefiunt, & corrumpuntur corpora, & quæ dura ſunt, in aquis fiunt mollia; item unum corpus ſiccum poſteſt aliud exſiccare, ad quam exſiccationem etiam ſiccitas corporis ſicci, ſicut calor cor-

poris calidi ad calefactionem, concurrit, ergo humiditas, & siccitas sunt qualitates activæ. De frigore, & calore, quod frigefacere, & calefacere possit, nemo dubitat. Ob-
jic. 1. contra 1. part. Metallum, v. g. per hoc sit in igne fluidum, & humidum, quod ejus substantia à calore ignis magis rarefiat, absque productione humiditatis, ergo hu-
miditas non distinguitur à substantia. P. A. Si humiditas esset accidens distinctum, deberet produci ab igne, sed non potest produci ab igne, qui ex natura siccus est. Resp.
N. A. & dico, humiditatem produci, vel ab igne, vel à ca-
lore, in quo æquivalenter, vel eminenter continetur. Ob-
jic. 2. contra 3. part. Nec humiditas, nec siccitas potest agere, nam quando panis durus, vitro inclusus, immersi-
tur aquæ, frigescet quidem, non tamen humectabitur. I-
tem linteum madidum arenæ siccissimæ ita impositum, ut
aliud corpus, v. g. lamina intermediet, nunquam exsicca-
bitur. ergo nec humiditas, nec siccitas est activa, sed sit
humectatio per immisionem, & exsiccatio per extractio-
nem corpusculorum humidorum, quæ in nostro casu nec
immitti, nec extrahi possunt. Resp. N. A. & dico, panem
salem remissè humectari (sensim enim omnino corrumpere-
tur) & linteum aliquo modo exsiccari : unde solùm
sequitur, humiditatem, & siccitatem non esse tam forti-
ter activas sicut calor, & frigus, vel (transmissio utroque
casu) non esse activas in paßum tam densum, quale est ri-
trum, vel lamina, non autem quod nullo modo possint agere
in paßum, cui immediatè applicantur.

Assert. 81. Singulis elementis una qualitas in summo, altera in excellenti, vel intenso gradu convenit : ignis proinde calor, aquæ frigus, terre siccitas, & aëri humiditas in summo gradu competit : in intenso autem gradu ignis siccitatem, aqua humiditatem, terra frigus, & aëre calorem habet. Qualitates istæ, licet ab expe-
riencia sensuum melius quam per definitionem cognoscantur, sic ex Aristot. describi solent : calor est qualitas con-
gregans homogenea, & disgregans heterogenea : frigus qualitas congregans homogenea, & heterogenea : hu-
miditas est qualitas, reddens subjectum facile terminabile
termino alieno, difficulter proprio : siccitas est qualitas, red-

zeddens subjectum difficulter terminabile termino alieno, facilè proprio. P. 1. pars : Qualitates in summo possunt naturaliter existere, ergo debent convenire ali- cui corpori, atqui non conveniunt mixto, quod omnes 4. qualitates adeoque nullam in summo habet, ergo elementis. P. 2. pars : Ignem experimur summè calefacere, & eidem nullum elementum magis opponi quam aquam, ergo ignis summè calidus, & aqua summè frigida est, unde etiam præ ceteris elementis frigefacit : terra facilè retinet terminum proprium, & difficilè terminatur alieno, v. g. vasis, cujus figuram non recipit, si in eo existit, econtra aer nullam propriam figuram habet, cujusvis verò termini, vel vasis figuram recipit, ergo terra summè sicca, & aer est summè humidus. P. 3. pars : Ab experientia, quod ignis non ita siccus sit ut terra, nec aqua ita humida ut aer, nec terra ita frigida ut aqua, nec aer ita calidus ut ignis, ergo altera qualitas elementis non in summo, sed in intento gradu convenit. Objic. 1. contra 2. part. Si aqua esset summè frigida, semper esset congelata, item esset summè gravis; sicut enim calor levitatis ita frigus est gravitatis causa. Resp. N. utramque seq. nam congelatio non provenit à solo frigore, ut in Ablast. 79. observavimus, nec gravitas à solo frigore causatur, sed etiam à densitate, quæ major est in terra, quam in aqua. Objic. 2. Aqua magis humectat quam aer, ergo illa potius est summè humida. Resp. N. C. quod enim magis humectet, non à majore humiditate, sed à maiore densitate ac gravitate, quodque magis corporibus adhæreat, provenit. Objic. 3. Aer exsiccat. ut patet ex ventis, qui aliud non sunt quam aer commotus, ergo non est summè humidus. Resp. N. A. venti non sunt solus aer, sed insuper exhalationibus valde siccis permixti. Objic. 4. Arena facilè recipit figuram vasis, sed arenæ est terra, ergo hæc non est summè sicca. Resp. 1. id esse arenæ per accidens, quia est valde attenuata. Resp. 2. nunquam ita recipere figuram vasis, quin retineat propriam, & multum aeris inter particulas arenæ intercedat. Objic. 5. contra 3. part. Si altera qualitas elementis solùm in intensa

gradu convenit, in quovis etiā dabitur tertia qualitas in gradu remisso, v. g. in igne remissa humiditas, sed dari in quovis elemento 3. qualitates nemo concedit. P. seq. quot gradus desunt subiecto de una qualitate, tot eidem insunt de qualitate opposita, sed si in igne non datur summa siccitas, deest ei unus, vel alter gradus siccitatis, ergo habet unum, vel alterum gradum humiditatis. Resp. N. seq. ad prob. dico, id verum esse in corporibus mixtis, non in simplicibus. Objic. 6. Si aēr nou habet frigus, tunc igne eidem applicato summus calor, & ignis non successivè, sed in instanti producitur, quia nihil datur in aēre, quod resistit igni. Resp. N. seq. quia ignis non potest sibi in calore assimilare passum, ergo nec in aēre producere summum calorem; posse autem unum, vel alterum gradum in instanti produci, non est absurdum; deinde licet aēr non habeat nativum frigus, habet tamen ab extrinseco nempe ab agentibus frigidis semper applicatis aliquod frigus, quod igni potest resistere. Objic. 7. Aēr potius est frigidus quam calidus, nam noctu, quando calore solis destituitur, infrigidatur. Item 2. regio aēris, quō radii solares reflexi non pertingunt, frigidissima est, ut etiam nives, & grandines ibi generentur, ergo aēr non est inten-sè calidus. Resp. N. A. nam frigus noctu, vel in 2. regione aēris eidem non est naturale, sed adventitium & à vaporibus ac exhalationibus frigidis, è terra ascendentibus, cau-satur, quod in 1. regione aēris ideo non ita magnum est, quia per directos, & reflexos radios solis temperatur. Aērem porro esse ex natura calidum. P. 1. Aqua per ni-mium calorem transit in aērem, ergo calor est dispositio ad aērem, & ejus postea proprietas. 2. Aēr est levis, & rarus, quæ qualitates sunt effectus caloris. 3. Liquores plus de aēre participant, ut oleum, sunt calidores. 4. Animalia aērea habent calidiorem naturam, quam terrestria, vel aquatica. 5. Aēr quoad situm est vici-nus igni, ergo conveniens est, ut etiam quoad unam saltem qualitatem sit vicinus, & eam cum igne com-munem habeat: atqui non habet communem siccitatem, ergo calorem.

A. 5.

Affert. 82. Elementa non manent actu in mixtis, sed solùm virtute. Mixtio alia est materialis, alia formalis: per illam plura entia diversa solùm localiter miscentur, ut tamen suam formam substantialem retineant, v. g. quando avena cum hordeo, vel vinum cum aqua miscetur: per istam plura inter se ita conjunguntur, ut ex iis nova forma substantialis generetur, v. g. quando ex cibo, & potu per calorem vitalem generatur sanguis: ex priore mixtione proveniunt mixta imperfecta, ex posteriore perfecta. Elementa ex quibus mixtum generatur, dicuntur *miscibilita*, unde formalis mixtio definitur esse *generatio mixti ex miscibiliibus alteratis*, h. e. ex elementis, quorum qualitates per alterationem refringi, & ad certam temperiem reduci debent. Affertio procedit de mixtis perfectis, de quibus P. 1. pars: 1. Absurdum est, corpus mixtum; v. g. equum esse ignem, aquam, aërem, & terram. 2. In quovis corpore mixto datur forma substantialis, distincta à formis elementorum, ergo istæ actu non manent, nam materia sufficienter actuatur per unam formam, quæ certam qualitatem combinationem exigit. P. A. Ex formis non viventibus non potest fieri vivens, ergo saltem viventia habent formam distinctam ab elementis: deinde mixta tam viventia, quam non viventia differunt inter se specie, & per materiam non differunt, neque etiam different per solas formas elementorum, ergo has non habent, sed aliæ distinctam, in qua differunt. 3. Vel omnia elementa manent in singulis partibus mixti, vel unum in hac, & aliud in aliâ? non 1, quia exigunt qualitates summè contrarias, & in eadem parte materiæ incompossibles: si 2. contra est, quod mixtura qualitatum detur in singulis partibus, ergo in singulis debent dari omnia elementa tanquam radices illius mixturæ. P. 2. pars: Elementa virtute, seu potentia manere in mixtis est, dari eorum qualitates in mixtis, sed in his dantur primæ qualitates elementorum saltem in gradu temperato. Objic. 1. In mixtis dantur proprietates elementorum, nempe primæ qualitates, ergo etiam elementa. Resp. N.C. quia hæc proprietates in mixtis non dantur in ea intensione, in qua ab elementis exiguntur.

Ob.

Objic. 2. Quando mixtum generatur ex pugna elementorum, elementum calidum, vel superatur à frigido, vel superat illud, vel utrumque æqualiter pugnat? si 1. manet elementum frigidum; si 2. manet calidum; si 3. manet utrumque. Resp. in generatione mixti omnia elementa aliquid de sua qualitate perdere, & vinci ac propter incompossibilitatem cum nova forma, quæ ab agente extrinseco producitur, omnino perire. Objic. 3. Mixta possunt resolvi in 4: elementa, uti sit in distillatione per artem chimicam facta, vel quando acceditur lignum viride, ex quo prodit aqua, fumus, flamma, cinis. Resp. hanc resolutionem, vel per novam generationem fieri ope ignis, aut akerius agentis, vel si sit per separationem elementorum, ea quidem fuisse actu in mixtis, non tamen in ea parte materiæ, in qua forma mixti fuit, sed in poris latuissimis, & per calorem, cuius officium est, heterogenea disgregare, separari. Objic. 4. Si elementa non sunt actu in mixtis, eorum forma æque est simplex sicut forma elementorum. Resp. formaliter & actu, C. virtualiter, N. nam forma mixti exigit temperamentum ex omnibus primis qualitatibus, non autem forma elementi. Objic. 5. Mixta componuntur ex elementis, ergo haec manent in illis. Resp. D.A. tanquam ex partibus actualibus, N.A. tanquam ex potentialibus, C.A. ergo manent potentia, C.actu, N.C. Dices. Ergo quodvis elementum componitur ex alio, quod in virtute semper in sua qualitate continet. Resp. N. illat, quia ut unum dicatur compendi ex alio, debet omnes ejus qualitates continere, sed nullum elementum continet omnes qualitates alterius.

Assert. 83. Rarefactio & condensatio formaliter consistit in productione majoris, & minoris ubicationis, per quam eadem res se magnis, vel minus quoad locum extendit. P. 1. Rarum est, quod sub magnis dimensionibus patrum, & densum, quod sub parvis dimensionibus multum habet materiæ, vel quantitatis, ergo rarum concipitur ut habens magnas dimensiones, sive ut extensum ad majus spatium, & densum concipitur ut habens parvas dimensiones, sive ut contractum ad minus spatium, ergo raritas, vel densitas est major, vel minor extensio rei quoad locum, ergo rarefactio, & condensatio, sive pro-

productio raritatis, & densitatis est productio majoris, & minoris extensionis localis : at qui hæc major, vel minor extensio est major, vel minor ubicatione, ergo rarefactio, & condensatio est productio majoris, & minoris ubicationis. P 2. Condensatio non sit per penetrationem partium, ita ut rarefactio fiat per rearundem ex se se invicem egressum : nec rarietas consistit in vacuitatibus, quæ dantur in corpore raro, quia tam penetratio, quam vacuum naturaliter implicat. Neque rarefactio sit per productionem, & condensatio per destructionem majoris quantitatis : vel enim in rarefactione non tota quantitas producitur, vel tantum pars ? si 1. ergo accidentia mutant subjectum : si 2. ergo vel deest subjectum, in quo hæc nova pars recipiatur, vel pars materiae prius caruit quantitate ; deinde qualitatem condensativæ nempe siccitas, & frigus recipiuntur in quantitate, ergo per condensationem tenderent ad subjecti adeoque etiam sui ipsius destructionem. Neque sit rarefactio per transmissionem intra corpus ratum, & condensatio per extrusionem aliorum corpusculorum : nam 1. hæc explicatio est contra definitionem rati & densi. 2. In termoscopii undisque clausis aer inclusus modò condensatur modò rarefit absque corpusculorum intromissione aut extrusione : alias autem modus explicandi rarefactionem, & condensationem non videtur superesse quam noster, ergo. Objic. 1. Ex assert. sequitur, quoties unum corpus rarefit, alterum condensari. Resp. C. seq. Dices. Condensatio corporis immutat ejus temperamentum, sed ex rarefactione unius non mutatur alterius temperamentum. Resp. N.M. nam aer, v. g. in follem lusorium intrusus condensatur absque mutatione temperamenti. Objic. 2. Christus sub hostia consecrata habet suam raritatem, & densitatem uti in cœlo, ergo etiam haberet eandem extensionem localem. Resp. D. A. habet radicaliter, C. formaliter, N.A. & C. Objic. 3. Quævis minima pars Christi occupat totum spatium S. hostie, ergo habet majorem raritatem quam in cœlo, ubi solidum occupat spatium indivisibile. Resp. D. A. occupat vi replicationis per plures ubicationes, C. A. vi rarefactionis per unam ubicationem, N. A. & C. Objic. 4. Si eadem pars

Objic. 2. Quando mixtum generatur ex pugna elementorum, elementum calidum, vel superatur à frigido, vel superat illud, vel utrumque æqualiter pugnat? si 1. manet elementum frigidum; si 2. manet calidum; si 3. manet utrumque. Resp. in generatione mixti omnia elementa aliquid de sua qualitate perdere, & vinci ac propter incompossibilitatem cum nova forma, quæ ab agente extrinseco producitur, omnino perire. Objic. 3. Mixta possunt resolvi in 4: elementa, utr si in distillatione per artem chymicam facta, vel quando acceditur lignum viride, ex quo prodit aqua, fumus, flamma, cinis. Resp. hanc resolutionem, vel per novam generationem fieri ope ignis, aut akerius agentis, vel si sit per separationem elementorum, ea quidem fuisse actu in mixtis, non tamen in ea parte materiae, in qua forma mixti fuit, sed in poris latuissimis, & per calorem, cuius officium est, heterogenea disgregare, separari. Objic. 4. Si elementa non sunt actu in mixtis, eorum forma æque est simplex sicut forma elementorum. Resp. formaliter & actu, C. virtualiter, N. nam forma mixti exigit temperamentum ex omnibus primis qualitatibus, non autem forma elementi. Objic. 5. Mixta componuntur ex elementis, ergo hæc manent in illis. Resp. D.A. tanquam ex partibus actualibus, N.A. tanquam ex potentialibus, C.A. ergo manent potentia, C.actu, N.C. Dices. Ergo quodvis elementum componitur ex alio, quod in virtute semper in sua qualitate continet. Resp. N. illat, quia ut unum dicatur componi ex alio, debet omnes ejus qualitates continere, sed nullum elementum continet omnes qualitates alterius.

Assert. 83. Rarefactio & condensatio formaliter consistit in productione majoris, & minoris ubicationis, per quam eadem res se magis, vel minus quoad locum extendit. P. 1. Rarum est, quod sub magnis dimensionibus patrum, & densum, quod sub parvis dimensionibus multum habet materiae, vel quantitatis, ergo rarum concipitur ut habens magnas dimensiones, sive ut extensum ad majus spatium, & densum concipitur, ut habens parvas dimensiones, sive ut contractum ad minus spatium, ergo raritas, vel densitas est major, vel minor extensio rei quoad locum, ergo rarefactio, & condensatio, sive pro-

productio raritatis, & densitatis est productio majoris, & minoris extensionis localis : atque haec major, vel minor extensio est major, vel minor ubicatio, ergo rarefactio, & condensatio est productio majoris, & minoris ubicationis. P 2. Condensatio non fit per penetrationem partium, ita ut rarefactio fiat per rearundem ex se se invicem egressum : nec raritas consistit in vacuitatibus, quæ dantur in corpore raro, quia tam penetratio, quam vacuum naturaliter implicat. Neque rarefactio fit per productionem, & condensatio per destructionem majoris quantitatis : vel enim in rarefactione tota quantitas producitur, vel tantum pars ? si 1. ergo accidentia mutant subjectum : si 2. ergo vel deest subjectum, in quo haec nova pars recipiatur, vel pars materialiæ prius caruit quantitate ; deinde qualitatem condensativæ nempe siccitas, & frigus recipiuntur in quantitate, ergo per condensationem tenderent ad subjecti adeoque etiam sui ipsius destructionem. Neque fit rarefactio per transmissionem intra corpus rarum, & condensatio per extrusionem aliorum corpusculorum : nam 1. haec explicatio est contra definitionem rari & densi. 2. In termoscopis unidue clausis aer inclusus modo condensatur modo rarefit absque corpusculorum intromissione aut extrusione : aliis autem modis explicandi rarefactionem, & condensationem non videtur superesse quam noster, ergo. Objic. 1. Ex assert. sequitur, quoties unum corpus rarefit, alterum condensari. Resp. C. seq. Dices. Condensatio corporis immutat ejus temperamentum, sed ex rarefactione unius non mutatur alterius temperamentum. Resp. N.M. nam aer v. g. in follem lusorium intrusus condensatur absque mutatione temperamenti. Objic. 2. Christus sub hostia consecrata habet suam raritatem, & densitatem uti in celo, ergo etiam haberet eandem extensionem localem. Resp. D. A. habet radicaliter, C. formaliter, N.A. & C. Objic. 3. Quævis minima pars Christi occupat totum spatium S. hostie, ergo habet majorem raritatem quam in celo, ubi solùm occupat spatium indivisibile. Resp. D. A. occupat vi replicationis per plures ubicationes, C. A. vi rarefactionis per unam ubicationem, N. A. & C. Objic. 4. Si eadem pars

partis corporis rarefieri, & majus vel minus spatium oēcupare potest, totum cœlum posset esse unicum punctum rarefactum : item posset ideo punctum naturaliter replicari. Resp. N. utramque seq. nam punctum habet suum terminum magnitudinis, quem etiam per rarefactionem non potest excedere : ideo autem non replicatur, quia spatium, quod per rarefactionem acquirit, est adhuc intra sphærā loci adæquati. Objic. 5. Anima rationalis, vel Angeli possunt majus, vel minus spatium occupare, ergo etiam rarefieri, & condensari. Resp. N. C. hoc enim solis entibus materialibus convenit, ut ex definitione rati, & densi constat.

Assert. 84. Elementa non gravitant, aut levitant, si in loco suo proprio, & naturali existunt. Gravitate est impulsū imprimere corpori subjecto, & motum deorsum impediti : levitatem est imprimere impulsū corpori superposito, & motum sursum impediti ; tunc autem elementa censentur esse in loco naturali, quando grave nec sub te, nec ad latus mediatè, vel immediatè habet corpus levius, vel leve nec supra te, nec ad latus mediatè, vel immediatè habet corpus gravius : unde elementa, inter quæ quoad gravitatem, & levitatem datur iste ordo, ut terra sit gravissimum, ignis levissimum, aqua gravius aëre, & aër gravius igne, essent in loco naturali, si terra infimum locum teneret, terram aqua, aquam aërem, & aërem ignis ambiret, sicque semper elementum minus grave superiorē, & ignis supremum locum occuparet. P. nunc assert. Aqua non gravitat terram, nec aëris levitat ignem, ergo vera est assertio. P. A. Finis gravitationis, vel levitationis est, velle esse in inferiori, vel superiori loco, sed nec aqua in loco infimo terræ, nec aëris exigit esse in loco supremo ignis, quia infimus soli terræ, & supremus soli igni debetur. Conf. Gravitas est aptitudo tendendi ad centrum, & levitas à centro, ergo corpus, habens aliquam levitatem, exigit aliquam à centro distantiam, & habens aliquam gravitatem non exigit esse in loco supremo, & remotissimo à centro. Ex his inferitur, neque etiam partem superiorē elementi gravis gravitare inferiorem, aut inferiorem elementi levis levitare superiorē,

tem,

tem, quia istae partes non minùs quam elementa jam essent in loco naturali, ergo gravitatio & levitatio careret suo fine, essetque inutilis. Dices. Corpori summè gravi debetur centrum, sed singulæ partes terræ sunt summè graves, ergo singulis debetur centrum, ergo superiores gravitant inferiores. Conf. Quælibet res appetit id, quod sibi est melius, sed cuivis parti melior est locus centri quam superficies; esset enim magis remota ab elemento contrario. Resp. D. M. corpori summè gravi, h. e. alicui disjunctivè ex corporibus summè gravibus, C. M. determinatè singulis partibus corporis gravis, N. M. & D. C. ergo singulis disjunctivè, & indeterminate, C. C. singulis determinatè, N. C. Ad Conf. D. M. si appetitus potest expleri naturaliter, T. M. si non potest, N. M. quævis autem pars terræ non potest esse in loco centri sine penetratione, quæ naturaliter implicat.

Assert. 85. Motus gravium deorsum à gravitate, projectorum vero ab impulsu corporibus projectis impresso provenit. P. prior pars: Hujus motus principium non est cœlum, suo motu corpora subiecta protrudens, nam 1. cœlum planetarium est liquidum, ergo non videtur posse corpora sublunaria in tanta distantia propellere. 2. Gravia potius motu circulatori, sicut cœli, quam recto moverentur. 3. Cœli magis repellerent corpus, in monte quam in valle existens; quo enim agens vicinus est passio, fortius agit: atqui hac ratione corpus magis gravitarer, & ponderaret in monte, quam in valle, quod est falsum. Neque hujus motus principium est centrum terræ, instar magnetis corpora gravia attrahens; alias idem corpus plus ponderaret in valle quam in monte: deinde centrum terræ probabilius est tantum locus imaginarius, cui non potest competere vis magnetica: aliud autem principium motus gravium deorsum non potest assignari quam gravitas. P. posterior pars: Motus projectorum non provenit ab ipsis met corporibus, quia est iis violentus adeoque ab extrinseco procedit: nec causatur immediate à projiciente, qui non semper lapidi, v. g. projecto est applicatus, & posset esse mortuus durante motu: neque producitur ab aëre, propulso à projiciente, & dum partes semper anteriores propellit, lapidem, v. g. secum rapiente;

Q

nam

nam 1. aliás ex 2. sagittis, quarum una gravior, altera levior est, ex arcu emissis deberet levior velocius moveri, quia minus aëri resistit: atque ab experientia constat contrariū.

2. Est imperceptibile, motum pulsatæ campanæ, etiam va-
stissimæ, posse à levi flatu aëris produci, præterim quando ea, nemine amplius pulsante, aliquamdiu adhuc agitur, &
libratur: aliud principium huj⁹ motū non videtur assignabile, ergo causatur ab impulsu, qui corpori projecto à proj-
ciente imprimitur. Dices. Motus projectorum est violentus, ergo non procedit ab intrinseco, ergo nec ab impulsu,
qui est projectis intrinsecus. Resp. D.C. ab intrinseco, quod
est passo naturale, C.C. quod est passo æque violentum sicut
motus, N.C. sicut ergo aquæ calidæ est violentum, quod ca-
lefaciat, quia calor ei quidem intrinsecus, sed violentus est;
ita etiam projectis motus est violentus, quia impulsus, licet
eis insit, est violentus.

Assert. 86. Anima est actus 1. corporis organici, potentia vitam habentis. Per actum 1. intelligitur forma substantialis, quæ præ accidentalibus tam dignitate, quam intentione naturæ prima est. Corpus organicum accipitur pro materia 1. haben-
te organizationem accidentalem, quæ aliud non est, quam apparatus seu complexum partium, & organorum diversæ
rationis, viventi ad operationes vitales servientium. De-
nique additur potentia vitam habentis, ubi vita sumitur pro o-
peratione vitali, quæ est vita in actu 2. Sensus igitur totius
definitionis est: anima est forma substantialis, exigens in-
formare corpus organicum, ex se proximè aptum ad exer-
cendas operationes vitales. Anima alia est vegetativa, quæ
solùm elicere potest vegetationes, quibus vivens ab intrin-
seco crescit ut planta: alia sensitiva, quæ insuper habet vir-
tutem eliciendi sensationes, quibus vivens intentionaliter
objecta, sed modo materiali attingit ut brutum: alia ratio-
nalis, quæ etiam producere potest intellectiones, & volitio-
nes, quibus vivens objecta intentionaliter, & modo tenden-
di spirituali attingit, ut homo. Objic. 1. Viventia inclu-
dunt pro parte corpus, ergo includerent accidens, si corpus
constitueretur per organizationem accidentalem. Resp.
D.A. includunt corp⁹ secundū id, quod dicit in recto, C.A.
inclusum.

Includunt corpus secundum obliquum, N.A. & C. Objic. 2. Sola materia organizata non est proxime apta ad operationes vitales exercendas, ergo non est corpus organicum. Resp. D.A. non est apta in genere principii activi, C. A. in genere principii passivi & subiecti, N.A. & C. Objic. 3. Forma cadaverica, embrionis marmoris, &c. sunt actus corporis organici, quia in cadavere, fætu inanimato, marmore, &c. datur partium heterogeneitas, etgo istæ formæ sunt anima. Resp. N. A. quia istæ partes heterogeneæ non ordinantur nec aptæ sunt ad operationes vitales. Objic. 4. Caro v.g. in hominè verè est animata, & tamen non est corpus organicum, ergo anima non semper est actus corporis organici. Resp. D.C. non est secundum subjectum suum inadæquatum, T. C. secundum adæquatum, N. C. Objic. 5. Probabile est, animam statim die 7. à conceptione infundi, & in illa massa sibi ipsi sua organa perficere, ergo non est semper actus corporis organici. Resp. T. A. D.C. ut actu habeat diversa organa, T. C. ut ea etiam non exigat, aut ad ea non ordinetur, N. C.

Assert. 87. In eodem vivente neque simul, neque successivè dantur plures animæ. P. 1. pars : 1. Juxta Symb. S. Athanasii *anima rationalis, & caro unus est homo.* 2. In eadem materia non possunt dari naturaliter plures formæ substantiales, ergo nec plures animæ. 3. Anima sensitiva est simul vegetativa, & rationalis est simul sensitiva & vegetativa, ergo frustra plures admittuntur. P. A. quoad 1. memb. Anima sensitiva formaliter vegetatur, h.e. vitaliter adeoque ab intrinseco augetur, & non ab anima vegetativa distincta, quæ ute pote imperfectior non potest esse causa augmenti animæ perfectioris. P. A. quoad 2. memb. Anima rationalis juvatur à cognitionib⁹ sensuum, sed principium cognoscitivum non potest juvari nisi à propriis cognitionib⁹, ergo cognitiones sensuum sunt etiam act⁹ animæ rationalis, ergo hæc est simul sensitiva, & quia etiam ab intrinseco nō quidem quoad substantiā, sed quoad unionē augetur, est vegetativa. Conf. Experimur, functiones animæ rationalis impediri ab intensa applicatione ad functiones animæ sensitivæ, ergo nō sunt distinctæ animæ sed eadem, cujus virtus limitata non potest

test esse pluribus æqualiter intenta. P. 2. pars : Nulla est necessitas admittendi hanc animarum successionem ; nam anima rationalis sola potest fungi officio animæ sensitivæ, & ~~negat~~ativæ, ergo potest statim in animatione fœtus infundi. Conf. Ad animam rationalem infundendam non potest requiri perfecta, & pro omnibus ejus actibus organizatio, alias ea deberet primum post aliquot vitæ annos infundi : si autem imperfecta, & pro aliquibus actibus sufficit, potest ea infundi, quam primum fœtus est capax nutritionis, quæ etiam est actus animæ rationalis. Objic. 1. contra 1. part. Anima sensitiva hominis est corruptibilis, perit post ejus mortem, per eam homo convenit cum brutis, ejus operationes dependent ab organis : nihil horum convenit animæ rationali ergo distinguuntur. Resp. de utraque idem verificari, nam anima sensitiva hominis etiam est incorruptibilis, manet post mortem, per animam rationalem homo etiam cum brutis, sed solùm inadæquatè (sicut per sensitivam) in sensu reali convenit, & aliquæ ejus operationes ab organis, sicut operationes animæ sensitivæ tantum aliquæ, dependent. Objic. 2. Diversæ operationes arguunt diversa principia, sed in homine dantur operationes omnium trium animarum valde diversæ. Resp. N. M. alias in eodem homine in infantili, & virili ætate anima est diversa, imò darentur simul longè plures quam 3. animæ. Objic. 3. Caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem, ergo anima appetitiva, & rationalis pugnant inter se, ergo non sunt eadem. Resp. hanc pugnam non dari inter animas, sed inter ejusdem animæ diversas inclinationes ad diversa bona sub diversis motivis proposita, ita ut eadem anima, prout ad bona deleßabilia inclinatur, dicatur caro, homo inferior, pars animalis, &c. & prout inclinatur ad bona honesta, dicatur spiritus, homo superior, pars rationalis, &c. Dices. Repugnat eandem animam inclinati, & trahi ad diversa bona. Resp. D. efficaciter, C. ad unum efficaciter, & ad alterum inefficaciter, N. Objic. 4. contra 2. part. Nulla forma ponitur in subiecto, nisi ad eam sit sufficienter dispositum, sed quando fœtus incipit nutriti, non est dispositus ad animam rationalem, quia nondum habet omnia organa

ganæ pro operationibus humanis, ergo. Resp. N. m. nam dispositiones ad animam rationalem sunt organa, non pro omnibus, sed saltem pro aliquibus operationibus humanis. Dices. Materia fœtus tunc est indifferens ad animam, vel rationalem, vel bruti; nam dispositiones, quas habet, possent etiam dari pro anima bruti, ergo non exigit animam rationalem. Resp. N.A. nam prima etiam rudissima delineatio fœtus humani jam est ad animam rationalem determinata, partim ab ipsa causa ad speciem determinante, partim à connexione, quam habent organa, ut unum pro una operatione non possit formari, quin reliqua pro aliis saltem inchoativè formentur. Urges. Sæpè nascitur monstrum, ergo non datur talis determinatio. Resp. N.C. quia monstrum ideo nascitur, quod vel embrio stagium initio caruerit dispositionib^z homini propriis, vel per supervenientes oppositas dispositiones anima rationalis expulsa fuerit, & monstrosa successerit. Objic. 5. Anima rationalis abscisso capite non manet in corpore, ergo multò minus potest introi- duci in corpus capite, & aliis organis carens; atqui quando fœtus incipit nutriti, caret capite, ergo tunc debet anima imperfectior infundi. P. 1. C. materia deberet esse magis di- sposita ad recipiendam, quam ad conservandam formam, sic formam aquæ etiam cum remisso frigore conservare; non tamen recipere potest. Resp. 1. inde sequi, quod nec anima vegetativa possit infundi, quia etiam hæc non manet, abscisso capite. Resp. 2. D. C. si corpus caret capite tam radicaliter quam formaliter, C. C. si tantum formaliter ca- ret, non tamen radicaliter, N. C. Resp. 3. C.A. N.C. nam in utero materno anima ope virtutis formatricis sibi ipsum domicilium, & sua membra perficere potest, quod extra uterum ex illius virtutis, & aliorum effectu non potest. Ad prob. dico, eam tantum procedere de formis non viventiibus, quæ non possunt perficere suum subiectum, & ideo in eo omnes dispositiones ad primum sui ingressum requiriunt. Objic. 6. Authorit. Aristot. qui successionem animalium docuit. Resp. cum exponi posse de successione operationum, non animarum.

Assert. 88. Præter animam in vivente non dantur formæ par-

tales,

tales, aut *forma corporeitatis*. P. 1. Sola anima potest esse radix organizationis, & omnium accidentium, sicut est radix operationum vitalium, ad quas requiruntur diversa accidentia; quod enim exigit finem, etiam media exigit, ergo aliæ formæ sunt inutiles. 2. Aliæ formæ, vel se solis completerent materiam, & facerent substantiam completam sine anima, vel non? non hoc 1. aliæ materia semper post mortem maneret incompleta, quia non acquirit aliam formam. Si 1. dicitur, darentur in eadem materia duæ formæ substanciales completæ, quod naturaliter repugnat, & altera esset **accidental**is; quia toti substantialiter completo quâ tali superveniret. Conf. Vel formæ partiales præsupponunt in materia animam tanquam suï radicem, vel præsupponunt ab ea? si 1. formæ partiales sunt mera accidentia: si 2. anima esset accidens, quia completæ radici accidentium superveniret. 3. Si daretur alia forma, quæ post mortem manet, falsificaretur axioma passim receptum, *generatio unius est corruptio alterius*, quia in morte non succederet alia forma, & daretur corruptio absque generatione: deinde sequeretur contra communem sensum, naturam per accidentia corruptiva viventis directè, & per se, immo unicè intendere destructionem formæ absq; productione novæ formæ. Objic. 1. Si præter animam non datur alia forma, debet in morte animalis produci forma cadaverica, sed hæc non potest admitti; saepè enim non potest ejus causa productiva assignari, vel dispositiones: deinde formæ cadavericæ, vel diversæ sunt pro diversitate animalium, quibus succedunt, vel etiam pro diversitate membrorum, vel omnes sunt ejusdem speciei? Resp. C. M. saltem de viâ ordinariâ, nam subinde, quando vivens, v. g. comburitur, potest transmutatio immediatè in ignem fieri. Itaque N. m. causa productiva potest esse, vel sublunaris, vel cœli, vel ipse Deus; dispositiones possunt esse positivæ, vel tantum negativæ nempe defectus dispositionum pro animâ sufficientium. Utrum porrò formæ cadavericæ, & quando vel quædam diversæ sint, ad veritatem assertionis nihil refert: potest dici, has formas quo ad diversitatem habere se sicut forma corporeitatis, vel formæ partiales, cum hoc discrimine, quod istæ in vivente jam exi-

existant, non vero illæ. Objic. 2. Corpus Christi in triduo mortis non habuit formam cadavericam, ergo ea nō datur. P. A. aliàs posset dici corruptum, nec idem fuit in sepulchro, quale in vita. Resp. N.A. & i. prob. nam corrupti est converti in vermes cineres, &c. Ad 2. dico, fuisse in sepulchro idem corpus substantialiter incompletum, & pro sola materia organizata sumptum, non completum prout ab aliqua forma substantiali informatum est. Dices. Verbum D. non assumpsit formam cadavericam, ergo ea in triduo mortis non fuit in materia. P. A. quod *DEVS assumpsit, nunquam dimisit*, sed formam cadavericam dimisit. Resp. N.A. Effatum S. Damasceni intelligi potest de eo, quod Verbum D. primariò, & immediate assumpsit, formam cadavericam solum secundariò, & mediately assumpsit. Objic. 3. Viventia differunt à non viventibus, quod illa corpus, ista solum materiam habeant, ergo datur aliquid tribuens denominationem corporis: materia non tribuit, quia datur etiam ipso non viventibus, nec anima, quæ saltem in homine est incorporea, ergo debet admitti alia forma. Resp. id, quod tribuit denominationem corporis, esse materiam accidentali-ter organizatam, quæ in solis viventibus datur. Objic. 4. Diversa accidentia arguunt diversas radices, & formas substantiales; inde enim colligimus, dari diversas formas in equo, leone, &c. sed in osse, carno, cerebro, &c. dantur diversa accidentia. Resp. i. ergo in eodem vivente dantur etiam diversæ animæ, quia ex diversis formis partialibus Adversarii diversitatem formarum principalium in animalibus colligunt. Resp. 2. D.M. in diversis suppositis, C.M. in eodem supposito, N.M. nam in eodem supposito eadem anima, sicut est diversarum operationum, ita etiam diversorum in diversis organis accidentium, ad operationes necessiariorum, potest esse radix. Objic. 5. In diversis partibus accidentia sunt valde diversa, & contraria, sic ossa sunt dura, cato molli, cor calidum, cerebrum frigidum, &c. sed tam diversa accidentia non videntur posse a eadem forma exigiri. Resp. N.m. si enim anima potest exigere diversas formas partiales, cur non possit etiam diversa accidentia? si finem nempe diversas operationes exigit, cur non etiam media? dein-

de istæ qualitatibus, ut ut diversæ, ita tamen, si suum tempora-
mentum servant, inter se coherent, ut nulla alteri officiant,
sed omnes ordinatè ad finem totius viventis serviant. Ob-
jic. 6. Ubi eadem stabiliter accidentia manent, etiam eo-
rum radix némpe forma manet eadem, sed post mortem
manent eadem accidentia in partibus viventis; manent e-
nam ossa dura, caro mollis, &c. ergo manet eadem forma:
atqui anima non manet, ergo alia forma, quæ præter ani-
mam in vivente fuit. Resp. D. M. si omnia manent acci-
dencia, C. M. si tantum aliqua manent, N. M. Objic. 7.
Organum modicè læsum facile sanatur, non item gravius
læsum, aut mutilatum: hujus experientia non potest dari
ratio, nisi admittâ formâ partiali, quæ si per graviorem læ-
sionem organi destruatur, non potest illud reparare, potest
autem, si per modicam læsionem solum alteratur. Resp.
N. m. nam eadem anima habet vim reparandi sua organa
modicè læsa, non verò læsa gravius, aut mutilata, aut pe-
nitius destructa.

Alleri. 8. *Vita in actu 2. seu operatio vitalis est motus essentia-
liter, & perfectè immanens suo principio effectivo.* Per motum
intelligitur quivis actus entis, sive perfecti, sive imperfecti:
ut verò essentialiter, & perfectè immanens dicatur, requiri-
tur 1. ut vel per identitatem; vel per unionem suo principio
effectivo insit. 2. Ut vel ratione termini, vel ratione mo-
di, quo dependenter ab organis exercetur, ita specialiter suo
principio insit, ut similis terminus, vel modus tendendi ab
extrinseco non possit procedere, nec in ulla alia operatione
non vitali reperiatur. Sic explicatus conceptus univocè con-
venit omni vitæ, creatæ & increatæ physicæ uti est nutritio
motus localis animalium &c. & intentionali uti sunt cogni-
tiones, & volitiones. Item convenit soli vitæ, ut ex objec.
constabit. Interim infertur 1. vitam in actu 1. esse poten-
tiam se movendi ab intrinseco per actionem essentialiter, &
perfectè immanentem, vivens verò in actu 1. esse princi-
pium, vel ens habens potentiam dicto modo se movendi.
Infertur 2. ad omnem actum vitalem requiri, ut principium
vitale in eum activè influat: & quidem quod ad actum li-
berum bonum, vel malum voluntas se non mere passivè ha-
beat

Beat. Trident. Sess. 6. can. 4. definitivit, nam ejusmodi actus imputatur agenti ad laudem, vel vituperium, ergo ejus determinatio sit ab agente tanquam à principio effectivo: Item universaliter omnium judicio conforme est, quod vivere, h. e. cognoscere, velle, sentire, &c. dicant quaedam determinationem, & actionem illius entis, quod dicitur vivere, cognoscere, &c. ergo quivis actus vitalis effectivè à suo principio debet procedere: Infertur 3. omnem actum vitalem debere immediate recipi in suo principio vitali, quia denuo communis sensus est, & ab experientia constat, per actionem vitalem principium seipsum movere, adeoque in seipsum ageré, & se intrinsecò perficere, unde juxta omnes actus vitalis est immanens, h.e. suo principio inhærens. Objic. 1. Motus gravium, vel levium, magnetis ad ferrum, emanatio proprietatum ex essentia, & similes sunt actiones perfectè immanentes, & tamen non sunt vitales, ergo noster conceptus non convenit soli vita. Resp. N. A. quia actiones istæ nec ratione termini, nec ratione specialis modi ita ab intrinseco procedere exigunt, ut non tam terminus quam modus, quia ad eum nullo organorum motu opus est, possit ab extrinseco provenire, ergo non sunt immanentes. Objic. 2. Terminus nutritionis scil. unio continuativa, aut motus localis nempe ubicatio potest etiam ab extrinseco produci, ergo nec istæ actiones sunt vitales. Resp. N. C. quia in his actionibus modus tendendi est specialis, nam nutritio fit per pororum, & venarum dilatationem, alimenti intussumptionem, excotionem, & distributionem, &c. dependenter à certis organis; motus localis pariter exercetur per agitationem membrorum, commotionem organorum, &c. ergo actiones istæ saltem ratione modi sunt immanentes. Dices. Hæc ipsa agitatio, & commotio posset fieri ab Angelo, vel dæmone, qui in energumenis linguam, pedes & alia organa ad suos actus movere solet, ergo nec modus est in his actionibus specialis. Resp. D.C. si modus operandi præcisè secundùm se spectatur, T. C. si consideratur ut procedens ex propria determinatione ipsius viventis; N. C. Objic. 3. Motus localis Angelorum non fit dependenter ab organis, ergo non est vitalis, quia nec ratione termini,

250 ASSERTIONES PHYSICÆ

mini; nec ratione modi est immanens. Resp. hunc motum formaliter non esse vitalem, sed tantum denominativè, in quantum à volitione Angelica formaliter vitali denominatur vitalis. Objic. 4. Nutritio nil aliud est quam actio, qua producitur uniocontinuativa, & alimentum viventi adgeneratur, sed hæc actio non involuit motum organorum, ergo nec nutritio, ergo non est vitalis. Resp. D. M. secundum rectum nilest aliud, C. M. secundum rectum, & obliquum simul, N. M. & eodem modo, C. & N. C. nam in obliquo dicit alimenti attractionem, excoctionem, distributionem, & totum apparatus ac seriem omnium actionum, quæ ad nutritionem requiruntur, & absque motu organorum non sunt. Objic. 5. Dao non minus per identitatem immanentes sunt Aeternitas, Immensitas, &c. quam intellectio, & voluntio, ergo sicut per has ita etiam per illas vivit; sequi vivere Deum per Aeternitatem, falsum est, ergo ratio vitae non consistit in prædicato immanentia. Resp. D. C. vivit per illas realiter, C. C. quia sunt ipse Deus. formaliter, N. C. nam Aeternitatem per species alienas, & sub ænigmate durationis creatæ concipimus, ergo sicut hæc duratio non est vitalis, ita etiam per Aeternitatem tali modo concepram, adeoque formaliter Deus non vivit: vivit tamen formaliter per intellectiōē, quam concipimus instar nostrarum intellectiōē, quæ vitales sunt. Objic. 6. Species & habitus effectivè concurrunt ad sensationes, cognitiones, &c., ergo mouent se ab intrinseco per actionem immanentem, & vivunt. Resp. N. C. nam ut aliquid per actionem immanentem vivat, debet esse actionis principium non tantum activum, sed etiam passivum, quod non sunt species & habitus, quia non recipiunt actionem.

Affert. 90. Intellectiones & alijs actus spirituales in sola anima, & sensationes verò, & alijs actus materiales (saltem in homine) recipiuntur etiam in materia, vel quantitate. P. 1. pars: Si isti actiū immediatè recipiēntur in materia, haberent ab ea perpetuam dependentiam, ergo non essent spirituales sed materiales. P. 2. pars: Isti actus sunt formæ materiales, quarum natura est, perpetuò inesse subiecto materiali, ergo ad salvandam eorum materialitatem non sufficit, eas in sola anima

ma spirituali, sed debent etiam in subjecto materiali adeo q̄
in materia, vel quantitate recipi. Objic. 1. contra 1. part.
Anima rationalis immediate recipitur in materia, & tamen
est spiritualis, ergo etiam intellectiones essent spirituales,
si in materia reciperentur. Resp. N. C. quia anima sicut
in conservari ab unione cum materia non dependet; hi a-
ctus autem, utpote accidentia, nec à subjecto separari, nec ad
aliud transire possunt, sed perpetuò à materia dependent.
Objic. 2. Intellectiones dependent à phantasmatis materia-
libus, & tamen manent spirituales. Resp. dependentiam ab
ente materiali tanquam pura conditione non obesse rationi
enti spiritualis, sicut obest dependentia à materia tanquam
subjecto immediato. Objic. 3. contra 2. part. Si sensatio-
nes hominis recipiuntur in materia, non sunt perfectè ima-
nentes, sed partim transeuntes in passum distinctum, ergo
nec sunt vitales. Resp. N. C. quia actio transiens illa est, quæ
ita transit in passum distinctum; ut suo principio prorsus
non inhæreat. Objic. 4. Sensationes brutorum non reci-
piuntur in materia, ergo nec sensationes hominis, alias istæ
sunt imperfectiores, quia à duplice fulcro ille tantum ab uno
nempe à forma dependent. Resp. 1. N. A. nam licet in ma-
teria non debeant recipi ad earum materialitatem salvan-
dam, in ea tamen ex alio capite recipiuntur, quia quando
plures causæ proportionatae simul adlunt, non est ratio, cur
bon utraque effectum causet, sed materia est sufficienter ap-
plicata ad sensationes brutorum, & est proportionata, ut eas
sustenter, quia sustentat sensationes hominis, ergo. Resp. 2.
T. A. N. C. & ejus prob. quia dependentia sensationis huma-
nae à pluribus subjectis non provenit ex speciali ejus debili-
tate, & indigentia, sed ex natura vitalitatis, & materialitatis,
quæ prædicata in sensatione humana absque duplice fulcro
non possunt salvari. Objic. 5. Quidquid recipitur, per mo-
dum recipientis recipitur, ergo si recipiens est spirituale, etiam
id, quod recipitur, debet esse tale, ergo nil materiale potest
recipi in spirituali. Resp. N. C. quia hoc axioma non re-
quirit talem inter subjectum, & formam proportionem, ut,
quod de uno dicitur, etiam de altero sit affirmabile, alias
accidens non posset recipi in substantia, sed ejus sensus est,
id,

id, quod recipitur, recipi juxta recipientis capacitatem, quæ si major est vel minor, etiam plus vel minus recipit. Objic. 6. Ens spirituale non potest sustentari à materiali, ergo nec materiale à spirituali. Resp. C. A. quia alijs ens spirituale evaderet materiale, N. C. quia ens materiale manet materiale, licet subjectum ejus inadæquatum sit spirituale. Objic. 7. Effectus, à pluribus causis dependens, sequitur naturaliter causæ perfectioris, ergo ens à subjecto materiali, & spirituali sustentatum sit spirituale. Resp. N. A. nam conclusio sequitur debiliorem partem, accidens, ad extra à substantia, & accidente productum, manet accidentus. Objic. 8. Reliqua accidentia ut calor, &c. non recipiuntur in anima, ergo nec sensationes. Resp. C. A. alijs vel fieret resolutio usque ad materiam i. vel accidentia migrarent de uno subjecto in aliud, N. C. quia neutrum sequitur, si in anima recipiuntur sensationes, quantum insuper vitalitas hoc exigit. Objic. 9. Sensationes non possunt materiæ, utpote inanimatæ, tribuere suum effectum formalem, h. e. denominatio-
nem sentientis, ergo non possunt in ea recipi. Resp. N. C. quia sufficit, formam subjecto tribuere, talem denominatio-
nem, cuius subjectum capax est; materia vero non est capax, ut denominetur sentiens, sed solum ut dicatur recipiens, sustentans, & habens sensationem: hunc autem effectum formalis materia à sensatione accipit.

Assert. 9 i. Plantæ vivunt, & in animali dentes aliæque partes solidæ, non tamen sanguis, & partes fluidæ. Regula discernendi, utrum ens aliquod, vel pars vivat, principaliter est opera-
tio vitalis, v. g. nutritio sensatio, &c. quæ, si in ente, vel parte aliqua deprehenditur, ejus vitam, si nulla apparet, defectum vice arguit. Unde in animali vivunt cerebrum, & omnia organa sensuum tam interiorum quam exteriorum, medulla spinalis, ossa, caro, cutis, nervi, venæ, cardilago, &c. quia in his partibus sensatio, vel saltem nutritio elicetur. Ex hac ipsa regula P. i. pars: Plantæ vitaliter nutriuntur, ergo vivunt. A. colligitur ex earum organis, quibus instar animalis alimentum nempe succum terræ attrahunt, ad interiores partes deferunt, excoquunt & pro cujusvis membris necessitate distribuunt, ergo habent vitam vegetatiyam si-
cut

tut animalia. P. 1. pars. : Dentes nutriuntur ab intrinseco, nam alimentum, quod ipsis per nervos & fibras, quibus maxillæ adstringuntur, suppeditatur, per tenuissimas cavitates fugunt, vi quadam tractiva in omnes sui partes dispensant, in suam subtantiam convertunt, & hac ratione æqualliter versus oīnaem dimensionem augentur, ergo vitaliter nutriuntur. Ob similem rationem etiam vivuntungues, & capilli hominum, cornua ungulearia, & pili animalium, rostra & plumæ avium, squamæ piscium, &c. P. 3. pars: In sanguine non deprehenditur operatio vitalis, ergo non vivit. P. A. non enim apparet sensatio, quia sine ullo sensu doloris à corpore separatur; neque etiam motus localis, qui in sanguine vitalis non est, sed ab extrinseco, vel à calore, à quo sanguis rarefit, ebullit, & ad majus spatium extenditur, vel ab impulso, quem sanguis in origine succedens, protrudendo partes anteriores, imprimis causatur: nec denique apparet nutritio, quia sanguis non augetur per intusumptionem, sed solum per juxtapositionem, sicut aqua, cui alia effunditur. Ob similem operationis vitalis defectum in animali etiam non vivunt aliæ partes fluidæ, nempe pituita, flava, & atra bilis, spiritus vitales, & animales, lac, semen, medulla ossium, humores oculi, adeps, pinguedo, sevum, &c. Objic. 1. contra 1. part. Genes. 7. dicitur, per diluvium universos homines & cuncta, in quibus est spiraculum vitae, esse mortua, sed plantæ non sunt mortuæ, ergo non vivunt. Resp. hunc extum intelligendum esse solum de animalib⁹, in quibus est spiraculum vitae. Objic. 2. Plantæ producuntur à non vivente, nempe à terra & cœlis, ergo non sunt animaliæ, nam generatio viventis est origo viventis à vivente. Resp. ad plantarum generationem semper Deum speciali concursu, quo defectum cause 2. supplet, concurrere. Objic. 3. contra 2. part. Dentes non continuantur cum partibus vivis, nam in senibus absque dolore excidunt, ergo non vivunt. Resp. N.A. quod attem in senio sua sponte excidant, provenit partim ex defectu humoris nutrimentalis, & medullæ, partim ex dissolutione nervorum, qui dentes alligant, & ab humore excrementario in senibus abundante rumpuntur. Objic. 4. Dentes non sunt pars integralis, a lias

lias senes edentuli, & infantes carerent sua integritate, ergo non vivunt. Resp. N. A. senes tamen, & infantes ideo sunt integri, quia habent omnes partes, quas pro suo statu exigunt, inter eas verò non sunt dentes. Objic. 5. Ungues, & capilli etiam post mortem in cadavere crescunt, ergo ex nutritione non probatur eorum vita. Resp. crescere tantum apparenter, quod ob emaceratam carnem partes unguium, & capillorum, prius in cute latentes, detegantur. Objic. 6. Ungues & capilli crescunt ex materia excrementitia, & ad formam viventem inepta, ideoque in extimas partes rejecta, sed ex tali materia non fit nutritio. Resp. hanc materiam esse forsitan excrementitiam, & superfluam pro partib⁹ interiorib⁹, & delicatiōrib⁹, non verò pro exteriorib⁹, & crassiorib⁹. Objic. 7. Partes viventes, si separantur, non succrescent, sed unguis abscessi rursus crescunt, Resp. N. M. contrarium patet in cute, carne, &c. Objic. 8. Sanguis est pars magis necessaria, quam unguis & capilli, ergo si ille nō vivit, multò minus isti. Resp. N. C. quia vita partis non debet ex ej⁹ necessitate, sed ex aptitudine ad operationes vitales desumi. Objic. 9. contra 3. part. Levit 17. Judæi prohibiti sunt comedere sanguinem, quia anima in sanguine est, ergo sanguis vivit. Resp. 1. cur non etiam prohibiti sunt comedere carnem? Resp. 2. per ista verba solūm indicari dependentiam vitæ à sanguine, ita ut anima sit in sanguine non tanquam in subjecto, sed tanquam in necessaria dispositione: rationem porro dare hujus prohibitionis, ad Interpretes spectat. Objic. 10. Ideo in sanguine non datur anima, quia nulla apparet operatio vitalis, ergo in ossibus, & carne hominis non datur anima intellectiva, quia in iis non datur intellectio. Resp. D. C. nisi aliunde probetur dari animam intellectivā, C. C. secūs, N. C. Igitur ex sensationibus, & nutritione inferimus, dari in his partib⁹ animam, quod autem intellectiva sit, aliunde in Assert. 87. probatum fuit. Objic. 11. Sanguis est pars integralis, ergo est animatus. Resp. D. A. tantum secundaria, C. A. est primaria, N. A. & C. partes integrales primariæ sunt, quæ se habent ut instrumenta, in quibus operatio vitalis exercetur: secundariæ, quæ solūm requiruntur ut complementum, & ut vivens foveant, roborent, &c. priores sunt

sunt animatae, non posteriores. Objic. 12. Sanguis cum partibus vivis continuatur, ergo etiam habet animam. P. A. ex Trident. quod Sesl. 13. cap. 3. docet, animam Christi sub speciebus vini per concomitantiam ponit, ergo supponit eam cum sanguine unitam. Resp. N. A. ad prob. dico, hanc doctrinam salvari, licet inter sanguinem, & animam non detur unio continuativa, sed solum moralis, quae consistit in ubicationibus immediatis, & exigentia partium, ne localites ab invicem separantur. Objic. 13. Sanguis cum aliis partibus constituit unum per se; utique enim homo non est totum per accidens, ergo sanguis est eiusdem essentiae cum aliis partibus, ergo etiam animatur. Resp. N. C. nam homo integraliter sumptus potest dici totum per accidens, prout hoc totum significat complexum ex pluribus partibus diversas essentias habentibus; licet simul sit totum per se, prout id dicit partes à natura ad se invicem ita coordinatas, & connexas, ut exigant fibi esse praesentes ad suam existentiam conservandam, & naturales functiones exercendas. Objic. 14. Verbum D. assumpsit sanguinem, sed non assumpsit naturam inanimatam, quod ei fuisset indecens. Resp. D.m. primariò, C.m. secundariò, N.m. non autem fuit indecens verbo, assumptissime secundariò naturam inanimatam, præsertim talem, quae non est totalis, & perfecta species per se intenta sed partialis & ad hoc ordinata, ut cum reliquis partibus hominis unam integraliter totalem naturam continuat. Objic. 15. Si sanguis non est animatus, tunc habet propriam subsistentiam, sed hoc est falsum. Resp. N. M. nam subsistentia hominis integraliter est divisibilis, & etiam sanguinem afficit.

Assert. 92. Anima vegetativa 3. sunt principales potentiae, nutritiva, augmentativa, & generativa. P. Tot dantur potentiaz, quot sunt animaz vegetativaz ad individui, & speciei conservationem necessariaz, sed sunt necessariaz 3. prædictaz: nam viventia habent temperamentum diversarum qualitatum, & quarum pugna semper aliquid sui deperdunt, ergo indigent alimento, quo nutriti & id, quod deperditum est, reparare possint, ergo debent habere potentiam nutritivam. Deinde hoc ipsum temperamentum est radix corruptionis

can-

tandem securæ, ergo; cum viventia perpetuè subsisteret naturaliter nequeant, opus habent potentiam producendi sibi simile, ne tota species pereat: atqui hæc potentia est generativa. Denique quia non producuntur in mole, & quantitate debita, fuit ipsis necessaria potentia, qua scipsa augere, & adjustam magnitudinem perducere possint, quod sit per augmentativam. Præter has 3. principales potentias dantur in vivente aliæ 4. scil. attractiva alimenti, ejusdem concoctiva, retentiva, & partium inutilium expulsiva, quæ sunt minùs principales, & quasi instrumentales, quarum ope principales possunt suas operationes exercere. Objic. 1. Potentia generativa, & augmentativa est communis etiam non viventibus; nam ignis, v. g. general sibi similem & augetur, ergo non sunt potentiae speciales animæ. Resp. per potentiam generativam hic intelligi potentiam productivam per veram generationem viventis, de qua in seq. Assert. & per augmentativam intelligi potentiam augendi seipsum per intusumptionem, & vitaliter, in quo sensu neutra igni convenit. Objic. 2. Dantur viventia, quæ non habent potentiam generativam, ut mulus & quædam animalia, quæ ex materia putri nascuntur, ergo hæc potentia non est omnibus viventibus propria. Resp. esse propriam viventibus perfectis, item quorum generatio per se à natura intenditur: animalia, quæ solùm ex materia putri nascuntur, sunt valde imperfetta, quibus natura ideo potentiam generandi negavit, quia ad eorum productiōem aliæ causæ sufficiētes passim inventiuntur: muli verò & alia viventia, quæ ex coniunctione diversarum specierum nascuntur, sunt præcisè occasionata, & per se à natura non intenduntur.

Assert. 93. Generatio viventis est origo viventis à vivente, principio conjunctio in similitudinem naturæ. Sensus est, quod sit actio productiva viventis, procedens activè à principio vivente, & aliquid sui communicante generato, illudque sibi in natura assimilante. Unde generatio viventis non est i. productio sanguinis, auri, &c. 2. Neque productio ranatum ex materia putri, quia non procedit à vivente. 3. Neque productio Evæ ex costa Adami, quia ab Adamo non processit activè. 4. Neque productio ignis, cum quia non est productio

Qui vives, cum quia ignis generans nihil sui communiceat igni generato, sed eum præcisè ex alia materia educit. 5. Neque productio Angeli facta à Dō, qui etiam Angelo nihil communicat, quod prius fuit in Dō. 6. Neque productio vermium ex corporibus animalium, quia non procedunt in similitudinem naturæ. Econtra dñvenit definitio 1. Generationi Divinæ, qua Pater generavit Filium. Verum de hac Theologi. 2. Generationi Christi ex B.V. 3. Generationi muli generati ex equo & asina; quamvis enim mulus specie differat ab equo & asina, ideo tamen hæc generatio dicitur fieri in similitudinem naturæ, quia equus, quantum est de se, equum & universam masculum sibi in natura similem generare intendit, & tantum per accidens à perfecta assimilatione impeditur. 4. Generationi pullorum respectu galli, & gallinæ parientis ova, nam gallina alienis ovibus incubando, & pullos excludendo non rectè dicitur eos generare. Denique 5. generationi plantarum. Dices. Ergo una planta potest vocari pater, aut mater, & altera filia. Resp. 1. posse in sensu philosophico transmitti illatum. Resp. 2. N. illat: quia hæc denominations esse patrem, matrem, filiam, &c. non convenient viventibus, quæ quotidianè cuncte aliud vivens in similitudinem naturæ producunt, sed iis, quæ operantur per cognitionem intellectivam ut homo, vel ad summum etiam animalibus, quia saltu per cognitionem sensitivam operantur.

Affert. 94. Brutorum animæ etiam perfectiorum probabilius integriliter divisibles sunt. Animas plantarum itò etiam animalium imperfectorum, v.g. vermium serpentum, &c. divisibilis esse, nobis certum est; expetimus enim, surculos plantarum ac ramos arborum absclulos, & alibi plantatos germinare, vermes in partes disiectos diu vivere & sentire, ergo utraq; pars vivit: atqui non vivit per eandem animam in locis discontinuis, quod est impossibile. Neque sufficit dicere, post sectionem duas novas animas produci: alias posset eodem jure dici, in divisione aquæ, vel ligni perire antiquam formam ligoi vel aquæ, & produci in partibus diversis novas formas, quia non habemus plura signa novatum animarum quam novarum formarum. Itaque de bru-

eis perfectis, uti sunt leones, equi, &c. P. Afferit. 1. Animæ brutorum imperfectorum sunt divisibles, ergo & perfectorum. 2. Diversitas sensibilis locorum juxta communem sensum arguit distinctionem rerum materialium, quæ sunt in locis sensibili diversis, sed anima bruti est in locis sensibili diversis, nempe pro diversitate partium materiæ, quam informat; ergo etiam hæc anima habet partes realiter distinctas. Cont. Ubicatio definitiva in spacio divisibili & per sensum discernibili videtur esse proprietas solius substantie spiritus realis, sed animæ brutorum sunt materiales. 3. Forma, quæ educitur ex subiecto, ab eadem cam in fieri, quam in conservaci dependet, sed si animæ brutorum, quæ ex materia educuntur, essent indivisibilis, non dependent in conservatiæ materia, quia per divisionem deinceps alteri novæ unisentur, & perpetuè ab una ad aliam migrarent, adeoque ab ea non sustinarentur, quemodo enim sustinetur aliquis ab altero, quod sine eo potest conservari? ergo non sunt indivisibilis. Objec. 1. Similiter brutorum perfectiorum sunt divisibilis, non ulla ratio, cur equi, v.g. abscissus non vivat, sicut pars corporis dissipata. Resp. esse hoc operationem, quia animalia, quæ perfectiora sunt, ex perfectiore partium subordinationem, & specialiter exiguae carni deinceps conjunctionem cum membris principalib' cerebro, corde & jecoste, ut inde spiritus vitales pro operationibus necessarios possint accipere, ideo pars cessat vivere, & si in ea tunc tenuis motus, & palpitatione motatur, vel ab impulsu per abscissionem improposito, vel à spiritibus in ea relictis provenit: in partibus vero separatis divisi motus, quia valde notabilis, & discutens est animam arguit. Objec. 2. Animalia appetunt cibum visum, ergo eadem anima videt cognoscit & appetit, ergo eadem informat organum oculi, cerebri & coadi. Resp. N. utramque C. & dico species objecti visi ab oculo ad plantam, & ab hac deferrit ad appetitum, in cerebro etiam & non in corde residat, qui ad prosecutionem objecti excitatur. Objec. 3. Animalia in pede hec sum dolor, ergo cibam anima est in pede, & corde, in quo elicetur dolor. Resp. N. C. dolor enim, nam est per se id est in corde, deinceps circumscribitur propriæ speciem, locationem.

Appetitus

l

lationis doloriferæ à pede ad phantasiam, & ab hac ad appetitum transmissam. Objic. 4. Uno organo læso languent etiam cætera; & à suis operationibus impediuntur, ergo est in omnibus organis una anima. Resp. N. C. impediuntur enim omnia organa, quia spiritus necessarii læso membro-principali deficiunt. Objic. 5. Unum membris objicit se pro defensione alterius, v. g. capitis, ergo in distinctis membris est eadem anima; alias una anima propriam destructionem appeteret ad conservationem alterius. Resp. N. C. quod enim partes fortiores se opponant ad defensionem membra principali, à quo earum conservatio dependet, id nos sit motu proprio sed ex determinatione appetitus, cui ob summum consensum reliquæ potentie obedinat: neque tamen una anima appetit propriam destructionem; huc nimirum tantum per accidens sequeretur. Objic. 6. Totum animal dicitur videre sentire, &c. ergo totum vitalem influxit, ergo visio est immanens toti animali; atqui non est immanens toti animali, si anima est divisibilis. Resp. D. A. totum dicitur videre denominatione, quæcumque reliqua membra cum eo, quod videt, uniantur & unum totum constituunt. C. A. dicitur videre formaliter, h. e. physicè & immanenter operari visionem, N. A. hoc enim soli oculo convenit; & N. utramque, C. Objic. 7. Si animæ brutorum sunt divisibles, non est ratio, cur habeant terminum magnitudinis; & non semper ulterius augeri possint sicut aqua; & alias substantiae, quæ habent formas divisibiles. Resp. 1. arbores & plantas, quæ certò habent formas divisibiles, habere tamen terminū magnitudinis. Resp. 2. esse hanc rationem; quia partes principales cor cerebrum, &c. non possunt cæteris partib' calorē vitalem, & spiritus in ea copia substrahere, quæ pro nimis magna corporis mole sufficeret.

Assert. 95. Partes tam animæ, quam unionis divisibili sunt homogeneæ, & ejusdem ratione. P. Entia non sunt multiplicanda sine necessitate, sed nulla est necessitas admetendi heterogeneitatem inter partes animæ, vel unionis divisibilis, ergo:

Objic. 1. Animal quedam membra, si destruuntur, potest reparare, alia no potest, sic caro modicè læsa succrelcit, no vero oculi, &c. sed si partes animæ essent similes, posset quævis

suum membrum reparare. Resp. 1. id ipsum solvendum esse in anima indivisibili hominis. Resp. 2. admissa etiam heterogeneitate potest anima nervi, vel ossis in suo membro partes deperditas reparare per nutritionem, particulam abscissam reparare non potest, cuius rei ratio ab Adversariis data etiam nobis serviet. Resp. 3. N. m. nam per modicam membri lesionem non fit tanta alteratio, quanta per graviorem, aut omnimodam destructionem, per quam prima lineamenta a virtute formatrix in utero materno ducta tolluntur, ergo non est mirum, quod anima possit reparare membrum modice laesum, non verò laesum graviter, aut destructum. Objec. 2. Diversitas accidentium, & operationum arguit diversam animam, sed in osse, carne, oculo, &c. datur magna diversitas accidentium, & operationum. Resp. D. M. si quavis anima determinatè exigit sua accidentia, C. M. si solum ea exigit disjunctivè, vel pro se, vel pro aliis compartibus, N. M. & sub hac distinctione. C. & N. m. Notandum proinde est, in quavis parte animae divisibilis dari duplum appetitum: uno determinatè pars pro complexo omnium partium exigit omnia temperamentsa oculorum, aurium, &c. altera indeterminatè appetit pro se aliquid temperamentum, vel oculi, vel auris, &c. & non unum præ alio. Dies. Quis ergo animam ad hoc potius quam aliud organum determinat? Resp. determinationem fieri à Deo, qui etiam juxta Advers. determinat, ut anima ex plurib[us] partibus homogeneis, v. g. carnis hanc potius quam aliam partem informet. Objec. 3. Si partes animae divisibilis sunt homogeneæ, tunc pars in pede æque est visiva, sicut illa existens in oculo, sed hoc non potest admitti, quia in pede non potest exercere visionem, ergo esset superflua, & hoc ipso non potest in pede poni. Resp. C. M. N. m. & dico, partem animæ in pede tantum per accidens, & ex defectu organi non posse exercere visionem. Objec. 4. Admissa homogeneitate partium sequitur, equum magnū, abscissis pedibus esse tam integrum sicut equus parvus, quia in isto nulla reperitur pars, quæ non etiam datur in illo: atque seq. est absurdum. Resp. 1. id ipsum solvendum esse in homine magno, qui post amputatum pedem adhuc erit integraliter & qualiter homini parvo. Resp. 2. D. seq. esse tam integrum

tegrum integritate substantiali, & essentiali, C. seq. organica, & accidentalis, N. seq. Ita dicit animam, & materiam sufficientem pro omnibus partibus, abstrahendo ab organis, &c. Ista insuper includit omnia organa, certam figuram, & dispositiones pro exercitiois omnium membrorum operationibus necessariis.

Astart. 96. *Non solum visus sed etiam reliqui sensus externi indigent species impressis, quibus objecta sua attingant. Sensus externi s. numerantur: visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus, quorum quisvis suum determinatum organum in animali habet, excepto tactu, cuius operatio in quavis ferè corporis parte exerceri potest. Objectum visus est lux, & color, auditus objectum est sonus, gustus sapor, odoratus odor & tactus objectum est qualibet qualitas tangibilis ut calor, frigus, molleitas, asperitas, &c. Species impressa est qualitas, quæ tanquam virtualis imago objecti per modum principii determinat potentiam cognoscitivam ad eliciendam cognitionem: species aliae sunt intelligibles, aliae sensibiles: illæ ad intellectiones, istæ ad sensationes concurrunt.* P. nuac Astart. 1. de visu: *Potentia visiva est de se indiferens ad hoc, vel aliud objectum, ergo debet ad hujus objecti visionem determinari ac moveri, & quidem ab ipso objecto, quia aliud determinativum non datur: atque objectum est plerumq; distans ab oculo, ego debet aliquam qualitatem per medium diffundere, quæ determinet potentiam ad hoc potius quam aliud objectum videndum.* Conf. Si objectum nil producit in medio, non est ratio, cur visio impediatur, quando inter objectum, & oculum corpus opacum interponitur. P. 2. de auditu. Nam hæc potentia percipit objecta remota, & distantia, sed hoc non potest fieri, nisi species soni ad aures deferantur. Conf. Si sonus non produceret sui speciem, tunc vel ipsum sonus realis per diuersum aërem propagaretur ad autem, vel unâ cum eodem aëre, in quo recipitur, moveretur ad aures, vel unus sonus produceret alium sonum in spatio intermedio, donec etiam sonus in organo auditus producatur, sicut calor ab igne usque ad meam manum non nihil distantem propagari solet? nihil potest dici: non i. quia sonus est accidens, ergo non

potest mutare subjectum: non 2. quia potest sonus campagnæ, v. g. percipi in cubiculo perfectè clauso, quo aër penetrare nequit: non 3. alias, quod est contra communem persuasionem, loquens cum altero non audiret ejus vocem, sed alium lonium mediatae tantum causatum; nam vox loquentis est sonus in ejus ore formatus, & non alijs, qui in aere audientis recipitur. P. 3. de gustu. Ut sapor percipiatur, debet esse intimè conjunctus cum hac potentia, ita ut in ejus organo, vel producat qualitatem ejusdem secum rationis, vel speciem sui intentionalem: atqui sapor cibi non producit in organo qualitatem ejusdem secum rationis: nam ex eib[us] dulci, vel amaro non sit ipsa lingua dulcis, vel amara, ergo producit tantum speciem intentionalem. P. 4. de odoratu. Quamvis enim odor non nunquam propagetur per effluvium corpusculorum odorabilium, quæ ex attenuatione, & resolutione substantiæ odoriferæ emituntur; universaliter tamen propagatio odoris per ejusmodi particularum diffusionem explicari non potest, sed concedi debet, odorem etiam per qualitatem odoriferâ in medio productam propagari: atqui hæc qualitas non est odor realis, sed tantum intentionalis seu species odoris; nam, ut ab inductione constat, nulla qualitas secunda, qualis est odor, alias sibi realiter similem producit. P. 5. de tactu. Licet enim calor & frigus, quia seipsis cuti, vel alteri organo tactus intimè applicantur, probabilius non per species, sed immediate seipsis sentiantur, de humiditate, & siccitate tamen valde incertum est, an in potentia tactiva qualitatem ejusdem secum rationis producant: de aliis vero secundis qualitatibus longè certius est, quod nullam suæ rationis in organo tactus producant, adeoque per species sui intentionales sentiantur. P. 6. universaliter de omnibus potentiis cognoscitivis. Quævis cognitio est formalis representationis & intentionalis similitudo sui objecti, sed potentia cognoscitiva non potest ita se producere talem representationem & similitudinem, nisi habeat species impressas sui objecti, ergo indiget his speciebus. P. 7. Potentia, quia secundum se indifferens est ad hujus, vel illius objecti cognitionem producendam, non continet hæc prædicata, scil. representationis

rationem, & similitudinem objecti, ergo etiam non potest tribuere cognitioni, nisi adsit aliud comprincipium determinans potentiam, & haec prædicata cognitioni tribuens: atqui hoc comprincipium non potest esse ipsum objectum, quod plerumque non est applicatum, aliud verò non est assignabile, quam species impressæ, & vicariæ objecti, ergo. Dices. Non potest assignari causa specierum, ergo non dantur. Resp. species sensuum externorum, vel à solo objecto, vel etiam, intelligendo visibiles, produci partialiter etiam à lumine, &c. si per medium deferri debent, sussentari à corpore intermedio, v. g. aëre, in organo verò sensus terminari.

Assert. 97. Præter sensus externos dantur etiam 4. interni, quibus omnes residunt in cerebro, in quo probabilius etiam appetitus sensitivus locum habet. Sensus internus ab externo differt 1. quod iste in externis membris, ille in interioribus partibus detur. 2. Ratione objecti, quod universalius est in sensu interno, qui etiam ad ea, quæ longissimè dissipata sunt, aut omnino non existunt, se extendit. Ejusmodi sensus interni 4. numerantur. 1. *Sensus communis*, qui pro objecto habet ipsos actus sensuum externorum, & ideo indirectè etiam objecta sensationum attingit. 2. *Phantasia*, quæ species objectorum sensu externo perceptorum conservat, & earum ope in objecta absentia tendere, disiuncta coniungere ac coniuncta, disiungere potest: unde per coniunctionem montis, & aurum aureos montes, & per disiunctionem partium hominem sine capite sibi quis imaginari potest. 3. *Potentia assimilativa*, quæ convenientiam, & inconvenientiam objectorum, nullo sensu externo perceptibilem, cognoscit: unde per eam felis myrem sibi appetibilem, ovis lupum sibi inimicum percipit. 4. *Memoria sensitiva*, quæ species objectorum præexistitorum conservat, & ita excitat, ut ea objecta denique cognosci possint: unde canis semel baculo percussus, eo postea sibi solum exhibito, fugere solet. Hos omnes sensus residere in cerebro, sic P. Ibi debuit collocari sensus internus, quò rerum cognitarum, & cognitionum species omnium facillimè possunt devenire, sed quia nervi à cerebro ad sensus exteiiores pertingunt, possunt per eosdem nervos omnium

nium commodissimè transmitti ad cerebrum, ergo. **Contra.** Per varias imaginationes aliasque operationes sensuum internum solēt ī di caput, & non cor: homo ad tempora pereussus omnis imaginationis usū destituitur: in apoplexia tactis omnis statim sensus deficit, quia cerebrum lœditur, ergo signum est, sensus internos in capite & cerebro, non vero in corde locum habere. Idipsum P. etiam de appetitu; videtur enim habere eandem cum sensu interno secundum, ut hac ratione sensus internus melius servire possit ad finem à natura intentum, & illuminare ac excitare appetitum, ergo etiam hic in cerebro datur. **Objic.** 1. Cogitationes malæ adscribuntur cordi, nam Marc. 2. Christus phariseis dicit, quid ista cogitatis in cordibus vestris? ergo organum cognitionum, & appetitus est cor, & non cerebrum. **Resp.** hic per cor intelligi animam, quia sermo est de cognitionibus, quæ ad peccatum disponunt, & spirituales sunt, adeoque in sola anima recipi debent. **Objic.** 2. Cor per varijs affectus, & passiones variè afficitur, & etiam aliquando lœditur: unde solemus dicere, nos ex intimo corde dolere, vel gaudere, ergo appetitus in corde residet. **Resp.** N. C. nam in gaudio cordilatatur ad liberalius subministrandos spiritus vitales, qui juvent ad continuandum affectum gaudii, unde nimirum gaudium quandoque nocere potest: quando verò timemus, solēt sanguis ad cor configere, & illud coarctare, ut mirum non sit, quod cor ejusmodi passionibus aliquando lœdatur. Si ergo dicimus nos gaudere, vel dolere ex corde, id ceterus verum est, quatenus in corde effectus doloris, & gaudii experientur, licet ipsum gaudium, vel dolor in eo non exercetur. **Objic.** 3. Aristot. memorat, arictem immolandum, abscesso capite, aufugisse, sed ambulatio non nisi dependenter ab interno sensu, & appetitu, ergo. **Resp.** hoc & similia contigisse ope dæmonis, ut ethnicos, & præsertim sacrificulos in sua superstitione confirmaret.

Affl. 98. Brutus per sensum internum non cognoscunt formaliter proportionem mediorum cum fine, unde propriæ non agunt proper finem. Dari in brutis sensum internum ex proximè dictis, & ab experientia constat; cognoscunt enim objecta absen-

Absentia, & præterita, sic canis amissum herum quærit, a-
 vicus pullorum in nido relictorum recordantur, &c quæ
 objecta non possunt per sensus externos cognosci; item co-
 gnoscunt, se sentire, unde canis vocatus versus vocantem
 attrigit aures, ut melius audiat, atqui sensatio non potest
 cognosci per sensum externum, ergo per internum. Unde
 uicerius infertur, bruta cognoscere convenientiam, & dis-
 convenientiam rerum, quæ sibi sunt utiles, vel noxiæ, item
 proportionem mediorum cum fine; debuit enim natura
 brutis providere media congrua, & necessaria, quibus se
 tueri suum individuum conservare, speciem propagare, &c,
 possint, ergo debent aliquo modo cognoscere convenientia-
 m, & inconvenientiam adeoque proportionem medio-
 rum cum fine; quomodo enim oves fugerent lupum, nisi
 cognoscerent sibi inimicum? cur aves colligerent paleas,
 nisi eas ad nidificandum aptas cognoscerent? porro hæc
 proportio mediorum cum fine potest cognosci, vel materia-
 liter, vel formaliter: materialiter cognoscitur, quando præ-
 cisè cognoscitur complexum ex fine & mediis, quod com-
 plexum ita apprehensum potest movere ad complacentiam,
 vel displicantiam circa tale objectum: formaliter cognosci-
 tur, quando media ita inter se, & cum fine comparantur,
 ut simul conjugatur iudicium de hoc, vel illo medio, quod
 conducat, vel non conducat ad finem consequendum.
 Quod bruta cognoscunt materialiter proportionem medio-
 rum cum fine, ex modò dictis patet: quod non cognoscant
 formaliter, sic P. Bruta non possunt plura media inter se,
 & cum fine comparare, ut inde de conductientia, vel non con-
 ducientia mediorū ad finem iudicium ferant, ergo non pos-
 sunt proportionem formaliter cognoscere. P. A. Si bruta
 hoc possent, deberet ipsis etiam concedi aliqua libertas, &
 vis electiva unius medii præ alio; natura enim hanc poten-
 tiā comparandi media inter se, & cum fine unūtē concess-
 sit, ut agens possit medium utile præ inutili, & utilius præ
 minūs utili eligere, ergo ubi hæc vis electiva non datūs, ne-
 que illa potentia admittenda est: atqui in brutis non da-
 tur libertas, aut vis electiva, ergo. Conf. Vels bruta pos-
 sent de conductientia medii ad finem ferre iudicium imme-

dijatum, vel mediatum? non immediatum, alias essent perfectiora homina, qui ordinariè talem conduceantiam per judicium mediatum, & non sine aliquo labore eruit: non mediarum, alias essent discursiva, & rationalitas ponet differentia hominis à brutis. Objiciuntur variæ experientie 1. canis herum indagans, cum ad bivium venit, olfaciendo explorat, qua viâ abierit, & si in una via domini odorem non percipit, absque ulteriore exploratione per alteram currit, quasi secundum concluderet: per alterutram viam herus transiit: non per primam, in qua odorem non percipio, ergo per alteram abiit. 2. Vulpes glaciem non transiit, nisi prius, aures admovendo, ex motu aquæ crassitudinem glaciei exploreat. 3. Aranea leviter telas ad capiendas muscas. 4. Boves à lupis infestati colligunt se in orbem, anteriore sui parte, qua cornibus instructi sunt, in hostem conversa: econtra equi in orbem collecti eidem hosti posteriores pedes opponunt, utriusque non ob aliam rationem, quam quod boves sciant, sibi aptius instrumentum ad hostem propulsandum non suppetere quam cornua, & equi non ignorant, suum robur in posterioribus pedibus consisteret. 5. Bruta plurimum artium sunt capacia, quid enim non discunt psittaci, picæ, graculi, sturni? quid non canes & auris? immo & equi ad saltandum possunt crudiri, quæ omnia videntur arguere, quod bruta formaliter proportionem mediorum cum fine cognoscant. Resp. id minimè evici, quia bruta ad ejusmodi operationes non determinantur ab aliquo judicio, circa hanc proportionem, sed solùm à simplici apprehensione, qua objectorum convenientiam, & disconvenientiam cognoscunt: species porro, quibus bruta ad cognoscenda ejusmodi objecta indigent, ipsis partim sunt congenitæ, & à natura infusa: nam ovis, v. g. dum lugum prima vice visum, apprehendit sibi iomictum, non parvum, ejus. species per experientiam acquirere: partim per frequentatos actus oriuntur, qua ratione quædam bruta in variis artibus, & artificiosis artibus instrui possunt. Unde omnes allatae instantiae facile explicantur, & prima quidem, ut de reliquis facilitioribus nihil dicamus, non probat, quod canis dependenter ab aliquo discursu, vel judicio

gio alteram viam eligat ; si enim ad bivium venit, & in una via odorem heri non percipit, alteram ingreditur, non permotus à cognitione præcedente de una via, sed posita negatione odoris in una via, ad alteram incundam ab ipso appetitu, quo fertur in suum dominum, determinatur.

Affert. 99. *Anima rationalis est forma informans, indivisibilis, ex natura immortalis.* P. 1. pars : Forma est id, quod ut magis determinativum intimè unitur alteri, sed anima rationalis tanquam magis determinativa unitur materiæ, ergo est forma. P. m. Anima rationalis in homine eo modo exercet operationes vegetativas, & sensitivas, quo aliæ animæ in brutis, sed istæ ad exercendas operationes suas debent uniri corpori, etgo etiam illa. Conf. Anima rationalis non est actus præcisè assistens, ergo forma informans. P. A. Si esset actus præcisè assistens, vel materia haberet insuper aliam formam substantialem, vel non haberet ? non posterius, quia naturaliter non potest carere omni forma substantiali : non prius, vel enim illa forma esset vivens, & anima materialis ? & homo in se contineret speciem bruti : vel esset non vivens ? & homo esset aliquod totum completum inanimatum. P. 2. pars : Si anima rationalis esset divisibilis, tunc in homine Christiano adulto, vel essent eadem partes, quales in puerò, vel essent insuper aliæ si 1, ergo vel plures partes animæ existentes in puerò in eadem parte materiæ, vel eadem pars animæ, prius informans tantum unam partem materiæ, postea informaret i o. vel plures : atqui prius est naturaliter impossibile, posterius contra Advers. qui volunt, animam non existere definitivè & propterea negant esse indivisibilem. Si 2. sequitur, plures partes animæ hominis adulti non accepisse gratiam, aut characterem baptismalem, non peccasse, non fuisse ordinatas, &c. quæ per se absurdâ sunt. Item, vel singulæ partes animæ essent liberas, vel tantum una ? si 2. ergo hæc sola est rationalis, quia hæc ex essentia deberesse libera : item hæc sola liberè peccaret, & reliquæ, vel nihil agerent, vel necessariò peccarent, ergo damnarentur innocentes. Si 1. ergo possunt velle contraria, & una pars Duum amare, altera odiose, una esse in gratia, altera in peccato, una post mortem

tem salvari, altera damnari, adeoque homines tantum di-
midii vcoirent ad cœlum, quod in terminis absurdum est.
& repugnat beatitudini hominis, quæ non solum corporis
sed multo magis animæ naturalem integritatem exigit. P.
3. pars : 1. Omnis forma naturaliter destruibilis desinat,
vel ex defectu causæ, vel ex defectu subjecti, vel ex defectu
finis, vel propter exigentiam contrarii : anima rationalis
ex nullo capite potest desinere : nam causa conservans est
solus Deus indefectibilis : subjecto non semper indiget a-
nimæ, cum sit spiritualis : finis animæ non est solus, con-
stituere totum substantiale, sed præcipuus sunt operationes
propriæ intellectivæ & volitivæ, quas perfectius in statu se-
parationis exercet : contrarium, quod animæ destructio-
nem exigeret, non datur, quia reliquæ formæ, sive substi-
tiales, sive accidentales ei solum opponuntur quoad unio-
nem cum eodem subjecto, anima vero potest sine omni sub-
jecto existere. 2. Quævis res exigit id, quod sibi ad con-
sequendum suum finem est necessarium, sed anima rationa-
lis est ordinata ad æternam felicitatem, tanquam ad suum fi-
nem, ut Theologi probant, & ad hunc finem est necessaria
duratio perpetua, ergo hanc anima exigit. 3. Si anima
non esset immortalis, Deus non providisset sufficientia mo-
tiva ad vitam honestam, & ex præscripto rationis ducen-
dam, sed hoc dicere est impium, ergo. P. M. Deus pro
motivo providisset solum poenam, aut præmium tempora-
le, sed hoc motivum non fuisset sufficiens ad virtutis amo-
rem, & virtorum fugam, quia omne temporale est con-
temptibile, cum defacto nonnulli homines, licet credant
præmia, & supplicia æterna, non sufficienter à vitiis abster-
reantur, & ad virtutes exercendas alliciantur. Objic. 1,
contra 1. part. Nulla forma naturaliter unitur materia, per
quæ à suis operationibus perfectioribus impeditur, sed a-
nimæ ita impeditur per unionem cum materia, quia in statu
separationis possit perfectius operari. Conf. Angelus pro-
pterea nunquam unitur corpori, ergo nec anima. Resp. D.
M. si illæ perfectiores operationes formæ aliunde, & seclusa
unione cum materia sunt debitæ, C. M. si non sunt debitæ,
N. M. animæ rationalis autem perfectiores operationes
non

boni sunt debitæ; antequam cum corpore uniatæ, & dependenter à sensibus species pro illis operationibus necessariæ, acquirat. Ad Conf. N. C. quia Angelus est substantia completa, item habet sibi species ex naturæ debito congenitas. Dices. Quid ergo sentiendum de anima infantis per præmatutram mortem à corpore separata? Resp. Deum supplevit defectum, & species, quas in vita sibi ipsi comparare non potuit, infundere. Objic. 2. contra 2. part. Licet omnes partes animæ essent liberæ, propter specialem tamen sympathiam una vellet, quod vult altera, ergo ea absurdâ non sequentur. Resp. hanc sympathiam, ut sit cum libertate, esse solùm inclinationem, vi cuius omnes partes ad idem inclinantur, atqui causa libera potest agere oppositum suscitat inclinationi, ergo partes adhuc possent velle opposita. Objic. 3. Forma debet proportionari materiæ, quia actus, & potentia sunt in eodem genere, sed materia hominis est diuisibilis, ergo & forma. Resp. D. M. quoad omnia, N. M. aliâs anima deberet esse materialis, & pura potentia: quoad aliqua, & præsertim in hoc, quod tam materia, quam forma sint entia incompleta, & unum sit determinabile, alterum determinativum, C. M. Objic. 4. Membra abscissum s̄pē adhuc se movet, & palpitat: imò S. Dionysius caput abscissum ad aliquot leucas tulisse scribitur, ergo parti inest specialis vita. Resp. N. C. nam palpitatio, & motus minores, vel à calore, & spiritibus vitalibus in parte abscissa relictis, vel ab impulsu, parti per abscissionem impreso, & aliquando durante præveniunt: motus verò majores, vel à Deo, vel ab Angelis, vel ab animâ separatâ, & corpori assistente producuntur. Objic. 5. contra 3. part. 1. Timoth. 6. Solus Deus dicitur Immortalis. Resp. ibi sermonem esse de immortalitate essentiali, quæ soli Deo, animæ verò immortalitas naturalis competit. Objic. 6. Eccles. 3. dicitur unus esse interitus hominis, & jumentorum, ergo post mortem hominis non manet anima. Resp. esse unitum interitus quoad mortalitatem corporis, aut totius suppositi, non autem quoad animam. Objic. 7. Concilium Constantinop. approbat sententiam Sophronij, animam non per naturam, sed per Dei gratiam esse immortalem. Resp. gra-

tiam hic non strictè sumi pro dono supernaturali, sed latius pro quocunque etiam naturali debito; dummodo absolute possit negari. Objic. 8. Anima sit ex nihilo, ergo potest etiam reduci in nihilum. Resp. D. C. si sit ex nihilo sui, sed tamen ex potentia subjecti, T. C. si sit ex nihilo tam sui quam subjecti, subdist. potest reduci in nihilum absolute; C. C. connaturaliter, N. C.

Assert. 100. Animæ rationales defactò quoad substantiam perfectionem sunt omnes æquales. P. unicè & sufficienter ex eo, quod nulla sit necessitas, substantiam diversitatem in animas rationales inducendi, ut ex object. patebit. Objic. 1. Notabilis diversitas complexionis, temperamenti, figuræ, magnitudinis aliorumque accidentium arguit in diversis hominibus diversam radicem substantiam, sive animam; sed defactò datur talis diversitas; quidam enim homines sunt valde simplices, alii mirè sagaces, aliqui ingeniosi, alii stupidi, alii gigantes, alii pygmæi, nonnulli monoculi, & acephali; aliqui endrmiter auriti, &c. Resp. i. inde sequi; quod in eodem homine successu temporis dentur diversæ animæ. Resp. 2. D. M. si animæ diversorum hominum haec diversitatem accidentium intrinsecè exigunt, C. M. secùs & si diversitas ista solùm à causis extrinsecis oritur, N. M. & dico, totam diversitatem complexionis temperamenti, magnitudinis, &c. habere se respectu animæ per accidens; & ab extrinseco, v. g. à bona vel mala dispositione corporis, & organorum, à vivaci phantasia prægnantis matris, à defectu vel abundantia item à qualitate semenis, à capacitate, vel angustia uteri materni, à natura integræ alicuius regionis, à qualitate alimentorum, à diverso influxu siderum, &c. provenire. Objic. 2. Animæ rationales in perfectione inæquales sunt possibles, ergo probabilius defactò dantur. P. C. Omnis perfectio possibilis debet tribui animæ Christi, & B. V. super cæteras creaturas existentes, si nullum aliud inconveniens sequitur, sed nullum sequitur, si animæ Christi, & B. V. major, vel etiam omnis possibilis perfectio tribuatur. Resp. T. A. N. C. ad prob. D. M. omnis perfectio accidentalis, T. M. substantialis, N. M. Et enim SS. Litteris longè conformius, Verbum D. assumpsisse

gai-

animam substantialiter & quæ imperfectam , ac nos habemus ; quia juxta S. Paulum Heb. 2. debuit per omnia fratres assimilari absque peccato : cum quo stat , tam Christi quam B. V. animam quoad perfectionem accidentalem scil. quoad virtutes , & dona tam naturalia , quam supernaturalia reliqua omnes eminenter superetare . Objic. 3. Schola Parisiensis definivit , eum errare , qui dixerit , omnes animas esse æquales , quoniam aliæ anima Christi non esset perfectior quam anima Iudæ . Resp. hanc censuram ab aliis non attendi : neque sequela adjuncta nos terret , quæ tantum ideo dura videtur , quod inter animam Christi , & Iudæ videatur fieri comparatio quoad virtutes , & dona supernaturalia ; non verò quoad substantiali perfictionem , quæ licet iuraque sit æqualis , spectando tamen perfectionem accidentalem , & dona supernaturalia , non posset inter has animas sine blasphemia paritas admitti . Objic. 4. Ex operationum diversa perfectione inferri potest diversa perfectio ipsius format ; hoc enim est præcipuum fundamentum assertandi diversam perfectionem animarum in viventibus , sed in uno homine dantur perfectiores operationes , quam in alio , ergo etiam perfectior anima . Resp. 1. si hoc argumentum est efficax , sequitur , animas non tantum in perfectione substantiali , sed etiam specie esse diversas , quod nemo absque errore fidei potest concedere . Resp. 2. D.M. nisi aliunde possit probari , diversam perfectionem operationum posse in diversam perfectionem accidentalem animæ refudi . C. M. secùs , N. M. posse autem hoc aliunde probari , constat in eodem hominè , successivè operationes in perfectione notabilissimè diversas elicente , ex quibus tamen omnes arguant , eandem animam solùm accidentaliter successivè magis perfici , non verò dari plures animas in perfectione substantiali inæquales . Atque hæc de anima , & universim de corpore naturali dicta sufficient .

*Omnia ad Majorem DEI Deiparaeque
Virginis gloriam.*

17.2.



Digitized by Google

17.2.



Digitized by Google

17.2.



17.2





